

I  
250





614530764


1.250

I  
250



D. P. ...

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.




MARTINVS EPISCOPVS  
SERVVS SERVORVM DEI.

IN PERPETVAM REI MEMORIAM.

SEdis apostolice Clementia moderata sue largiflue bonitatis in subditos gratiose dona diffundens; illos propensius gratiarū ulnis amplectitur Qui litterarū studiis mancipati incomparabilis thesauri diuinarū rerum & humanarū cognitionem apprehendere satagunt. in quos deus artifex et ancilla natura bonorum morum et optimarum artium plantauere radices. & mater ecclesia continue parturiendo parit: pariendo fouet. tandemque producit in fidei catholice robustissimos pugiles et athletas. Cū itaque sicut accepimus dilecti filii Vniuersitas studi Salamantini circa Rectorem Consiliarios Scolasticū ecclie Salamantiē. qui Cācellarius ipsius studii existit Cōseruatores Gubernatores ac alios Officiales necnō Doctores Magistros Licenciatos Bacallarios & alios inibi legētes & studētes ceterasque psonas eiusdeꝫ Vniuersitatis. ac sup electionibꝫ regiminibus administrationibꝫ sessionibus cathedris lecturis & salariis eorundem. necnon sup conseruatione fructuum prouentuum Tertiarum obuentionum ac aliorum iurium & bonorum dicte Vniuersitatis tam in capite quā in membris laudabiliumque & honestorum morū obseruatione reformatione nō modica indigere noscant<sup>r</sup> Nos ex iniūcto pastoralis officii debito cupientes quod Vniuersitas ipsa sub bono & honesto regimine fideliter & politice regatur: & in melius augeatur: ad huiusmodi Vniuersitatis augmētationē & cōseruationē ac eiꝫ regiminis & administrationis reformationē statuta Cōstitutiones & ordinationes infra scripta maturo digesta consilio prehabita pūa deliberatione ex certa sciētia aplīca auctoritate presentium tenore facimus cōstituiimus statuimus & etiam ordinamus que perpetuis futuris tēporibus per Rectorem Scolasticum Doctores Magistros ac omnes alios & singulos in eodem studio pro tempore existentes ac alios quoscumque coniunctim & diuisim quantum ad eorum quemlibet pertinuerit modis & formis ac sub censuris & penis subscriptis Volumus & districte precipiendo Mandamus inuiolabiliter obseruari.

In primis siquidem Statuimus & auctoritate aplīca ex certa scientia tenore presentium ordinamꝫ quod in studio Salamā

a. i.





tino perpetuis temporibus unus sit Rector & Cōsiliarii octo quolibz Anno. Et quod rector ipse uno de Castelle & alio annis de legiois Regnis existat. Et sic successiue ppetuo obseruetur. Verum si aliq̄ndo psona utilis & idonea Vniuersitati de regno Legionis nō repiatur pro Rectore uel ecōtra: de Regno Castelle eligatur uel & econuerso. quod Rectoris & Cōsiliariorū uel duarū partiū iporū iudicio relinquimus ī hoc casu Cōsiliarii uero quolibet Anno de dioci. Legionē Oueteñ Salamantineñ Zamoreñ Caurieñ Paccēñ uel Ciuitateñ duo. De dioci. Compostellañ. Astoriceñ Auriēñ Mindomeñ Luteñ uel Tudeñ aut de Regno Portugalie alii duo. De dioci. Toletañ Ispaleñ Cartagiñeñ Cordubeñ Gieneñ Gaditeñ Placētineñ seu Concheñ alii duo Reliqui uero duo Cōsiliarii de dioci. Burgeñ Calagurritañ Oxomeñ Seguntineñ Palētineñ Abuleñ seu Segobieñ aut de Regnis Aragonie Nauarre uel alia quacumq; Natione extranea eligātur. Ita tamem quod sint clīci non coniugati: & etatem Viginti quē Anno rū actingant. & de magis ydoneis qui reputati fuerint. Insuper q̄ qui semel Rector uel Cōsiliarius fuerit uno Anno: in Rectorem uel Cōsiliarium duobus Annis inmediate sequentibus: & de Ciuitate Salamātina aliquis oriūsus uel de Ciuibus eiusdē aut de hiis qui propter longissimā mansionem quam fecerint in eadem pro Ciuibus iā habētur: uel de Cathedras salariatas habētibus in eodem studio non eligātur. Sic tamē quod si de Dioci. illis de quibus predicti Cōsiliarii uel eorū aliqui fuerint eligēdi non repiantur ydonei: eligantur de aliis dioci. Sup quo uidelicet utrū ydonei inueniantur uel nō reliquimus iudicio Rectoris & Cōsiliariorū uel maioris ptis eorum. Item Cū Rectoris & Cōsiliariorū officia que Annalia dumtaxat esse decernimus. & ad quos aliorum Rectoris & Cōsiliariorum electionē uolumus pertinere: in festo sancti Martini de Mense Nouēbris expirēt Statuimus & ordinamus q̄ idem Rector p Sex dies ante festum ipm hora congrua & in loco ad hoc apto Cōsiliarios prelibatos faciat cōgregari: & futurorū Rectoris & Cōsiliariorū electione actente prouidendo: quod nullum absentem a Salamātina Ciuitate presertim Rectorem eligant tractare incipiat cum eisdem Cōsiliariis quibus & ipi Rectori sub uirtute prestiti iuramenti iniungimus: quod omni affectione inordinata postposita illos nominēt: quos esse crediderint magis ydoneos & meliores ad regendum officia supradicta Et ubi uota eligentium diuisa fuerint indiuersos: illi sint Rector & Cōsiliarii absq; cōtradictione q̄ cumq; in quos maior pars numero consenserit eligentiū predictorum

Si uero equalia eligentium fuerint uota: ille Rector & illi Consilarii sint i que & i quos affeferit ipſoꝝ Rectoris pars. Queꝝ siquidẽ tractatũ iudem Rector & Cõsiliarii continuatis diebus seq̃ntibus ducant: donec p̃ electionẽ huiusmodi aut uiam concordie ubi quod absit contetio uel discordia in electionibus huiusmodi interueniret de Rectore & Cõsiliariis prouisũ extiterit. Verũ ubi ut prediximꝰ in electionibꝰ huiꝰmodi aut etiã in Rectoris uel aliquorũ ex Consiliariis substitutione quãdo ipsos absentare cõtingerit contetio seu discordia queuis oriretur. Volumus quod Scolasticus pro parte Rectoris & Cõsiliariorũ predictorũ seu maioris partis eorũdem requirendus prius per ip̃z in manibus ip̃ius Rectoris Cõsiliariis eisdẽ uel maiore parte ipsorum testibusqꝰ & Notario presentibꝰ ad sancta dei euangelia p̃stato iuramento quod recte secũdum deũ & bonã cõsciẽtiã habẽdo respectum ad ydoneitatẽ predictã & alias ad utilitatem dicti studii seclusa penitꝰ quacumqꝰ calumnia seu malitia iudicabit seu arbitrabitur q̃ntotius aut saltẽ infra duos dies ab hora requisitionis computãdos pro parte qua supra cum Notario & testibus requisitus fuerit ad iudicandũ seu arbitradum sup̃ cõtentione seu discordia predicta sub pena excommunicationis Quã in ip̃z in his scriptis ferimus & quã lapsis dictis diebꝰ si per eum steterit ip̃m incurrere uolumus procedat & quod eiꝰ iudicio uel arbitrio appellatiõne remota firmiter Stetur: ac quod sibi equuz & iustũ uisum fuerit i uiolabiliter obseruetur. Et uolumus quod si aliqua uerisimilis cõtredictum Scolasticũ suspicio habeatur: prius p̃ opponẽtem prestato iuramento quod illam credit omnino esse uerã: & quod maliciose eã nõ opponit idẽ Scolasticus primiceriũ doctorum cum duobus atiquioribus doctoribus de presẽtibꝰ uno in canonico & alio i civili iuribus: q̃ etiã de fideliter cũ dicto Scolastico procedẽdo & om̃is huiꝰmodi sub dicta excommunicationis pena acceptando pari modo iuramẽtũ prestabũt secũ adiũgere teneatur quorũ uel maioris ptis ipsorũ arbitrio stetur. Scrutinium aut sup̃ electionibus ante dictis siue p̃ solos Rectore & Cõsiliarios: siue p̃ Scolasticũ solũ: seu etiã p̃ Scolasticum ip̃m & Primiceriuz cũ Doctoribus fuerit celebratum secretũ inter eos sub dicta excommunicationis pena teneatur omnino usqꝰ in diẽ dicti festi beati Martini: qua illud uniuersitati ea i clauſtro Cathedralis ecclie cõgregata publicet Et si electi presentes ibidẽ fuerit ip̃os sub uirtute & debito Iuramẽti prestiti ad huiꝰmodi officia ad q̃ assumpti fuerit absqꝰ cõtredictione aliqua modis omnibus acceptãdũ teneri uolumus: nisi oes uel aliqs seu aliqui ipsorũ corã Electoribꝰ atẽ dictis aliquã allegauerit rationabile

causam quā ueram probare legitime teneātur. Et si uideatur rationa-  
bile & equum ip̄is Electoribus quod ab huiusmodi officiorū oneribus  
merito debeant excusari excusetur. Loco cui⁹ seu quorū de alio uel ali-  
is p̄ electionē iterū faciendā uel p̄ cōcordiā aliam eisdem officiis infra  
Trium dierū spaciū ip̄z festū imediate sequentiū prouideatur. Aliter  
uero predicti Electi uel ip̄orū aliq̄ contradicētes ab Vniūsitatis corpo-  
re & Cōsortio expellātur: & tanquā periuri p̄ scolas publice nūcientur  
Verū si in Rectorē electus tempore publicationis electionis ip̄ius i V-  
niūsitatis cōgregatione predicta presens nō fuerit dictus Rector una  
cū Vniuersitate prefacta seu illis ex ea & usq̄ ad numerū de qb⁹ placu-  
erit ip̄i Vniūsitati ad eiusdē accedat hospiciū si eū ibidē esse penit⁹ nō  
ignoret electionemq̄ prefactā eidē presētet & eiusdē cōsensū requirat  
quē p̄ ip̄z infra unā diē naturalem ab hora requisitionis cōputādum  
sub periurii & excommunicationis penis antedictis precipimus prestari  
quod si nō fecerit uel hac occasione se absētauerit uel absconderit Re-  
ctor ip̄e p̄ scolas dictū Electum sic rebellātez faciat publice moneri ut  
coram eodē Rectore infra aliā diē naturalem se representet prestetq̄  
electioni de se facte sine aliqua dilatione consensum. quod si facere ne-  
glexerit ommiserit uel recusauerit quoquo modo omni comodo & ho-  
nore Vniuersitatis priuatus absq̄ alia declaratione censeatur: & p̄ sco-  
las ut periurus excommunicatus & priuatus publice nunciatur. Et hoc  
idem in omnibus & p̄ omnia fiat de Cōsiliariis & aliis Officialibus di-  
cti studii Si Officia ad que electi fuerit recusauerint neglexerit & om-  
miserint infra tempus eis assignatū acceptare aut etiā si se absētauerit  
uel absconderint ne acceptent

tem uolumus & ordinamus quod Rector & Consiliarii prefacti  
& eorū quilibz postquā electionib⁹ de se factis prestiterit consē-  
sū quātotius poterunt & eorū quilibet poterit saltem infra diē natura-  
lem ab hora prestiti cōsensus computādum Rector in antiqui Cōsilia-  
riis antiquis & nouis qui interesse uoluerint ac noui Consiliarii predi-  
cti i noui Rectoris manib⁹ Cōsiliariis etiā antiquis si uoluerint intere-  
sse ac testibus & Tabellione publico presentibus iuramēto in modū q̄  
sequitur corporaliter ad sancta dei euāgelia tactis sacrosāctis scriptu-  
ris prestent. Ego Rector alme Vniuersitatis Venerabilis Studii Sala-  
mantiñ filie deuote domini nr̄i summi Pontificis in terris dñi nr̄i Ihu  
xpi omniū Redemptoris Vicarii ab hac hora inantea fidelis & obedi-  
ens ero beato Petro Apostolorū Principi & sancte Roman̄ ac uniūfali  
eccleie & sanctissimo dño nr̄o sumo pōtifici Martino pape. V. eiusq̄ su

cessoribus canonice intrantibus necnon dicte Vniuersitati matri mee  
Nec ero in consilio quod idem dñs nř aut aliquis subcessorū suorū ui  
tam pdant aut membruz uel capiantur. Cōsiliū quod p se uel nunciū  
aut litteras michi credituri erunt Signo uerbo uel nutu ad eorūz dam  
nū uel preiudiciū nulli pādā. Si uero damnū eorū tractari sciuerō:  
pro posse meo impediā ne fiat. quod si p me īpediri nō possem id dño  
pape & ecclīe ac Vniuersitati aut illi uel illis per quos ad eorū noticiā  
deducat<sup>r</sup> significare curabo. Et insuper officiū Rectoriat<sup>9</sup> michi cōmi  
ssum bene & fideliter geram: & exercebo honores ac iura utilitatē &  
comoda Vniuersitatis & studentīū: remotis odio gratia & fauore pro  
iuribus procurabo. Pecunias & alia bona quecumq; Vniuersitatis que  
ad manus meas & potestatem deuenerint: fideliter conseruabo: nec a  
liqd ex eis expēdam: nisi in Vniuersitatis utilitatem et pro ut in Cōsti  
tutionibus hiis cauetur. Et dum officio funtus fuero uerā futuris red  
dam Rectori & Consiliariis rationem. Et siquid penes me remanserit  
illud statim restitutam reddita ratione. Statuta eiusdē Vniuersitatis  
seruabo: & faciam pro posse ab aliis obseruari A munerib<sup>9</sup> & enceniis  
abstinebo: & meos omni diligentia qua potero abstinere procurabo:  
esculentis & potulentis moderatis dumtaxat exceptis. Et alia faciam  
que ad Rectoris ipi<sup>9</sup> Studii officiū de iure uel consuetudine ptinere  
noscuntur Sic me deus adiuuet & hec sancta dei euangelia per me gra  
tis tacta Et ita Iuro. Et ego Consiliarius alme Vniuersitatis Vene  
rabilis studii Salamantiñ filie deuote domini nři summi Pontificis in  
terris domini nři ihū xpī omniū redemptoris Vicarii ab hac hora inan  
tea fidelis & obediens ero beato Petro Aplōrū principi: & sancte Ro  
mañ ac uniuersali ecclīe: & sanctissimo dño nřo summo Pōtifici Mar  
tino pape. V. eiusq; successoribus canonice intrantibus: necnon dicte  
Vniuersitati matri mee. Nec ero in consilio quod idem dñs nř aut ali  
quis successorū suorū uitam pdant aut membrū uel capiātur. Consiliū  
quod p se uel nunciū aut litteras michi credituri erunt uerbo uel nu  
tu ad eorū damnū uel preiudiciū nulli pandam. Si uero damnū eorū  
tractari sciuerō proposse meo impediā ne fiat. quod si p me impedire  
nō possem id dño pape & ecclīe ac uniuersitati aut illi uel illis p quos  
ad eorum noticiam deducatur significare curabo. Et insuper officiūz  
Consiliariat<sup>9</sup> michi commissum bene & fideliter geram & exercebo. Bo  
numq; & legale consiliū Rectori meo dabo Per eundem cum fuero  
requisitus & quotiens uocatus fuero ab eodem ueniā ad eius mādātū.  
Statuta uniuersitatis pro posse seruabo & ī factis ac negociis Vniuer

sitatis auxiliū consiliū & fauorem fidelia prestabo. A muneribus & enceniis abstinēbo: & meos omni diligētia qua potero abstinere procurabo: esculentis & potulentis moderatis dumtaxat exceptis. Et alia faciam que ad ipsius consiliariatus officium de iure uel consuetudine pertinere noscuntur. Sic me deus adiuuet & hec sancta dei euangelia per me gratis tacta. Et ita Iuro. m

tem statuimus & ordinamus quod si dictum Rectorem infra Annum sui regiminis Ex causa rationabili a studio se absentare cōtingat: & infra Mensium duorum spacium quibus ipse idem officium regi & gubernari: facere possit per alium quem de consilio Cōsiliariorū uel maioris partis ipsorum elegerit. A quo tale iuramentum recipere in presentia Cōsiliariorum uel maioris partis eorūdem teneatur: quale ipse prestitit. Et si non redierit: electio noua de alio fiat: nisi pro Vniuersitatis negociis: uel alia iusta & rationabili causa & de Consiliariorū uel maioris partis eorūdem licencia ipsum absentari contingat. Supra qua licencia concedenda predictorum Consiliariorū conscientias oneramus Et in cōuocatione scholarium & aliis dictam electionem concernentibus dicto casu. uel si Rectorem ab hac luce migrare uel alio quouis modo officium ipsius Rectoris uacare contingat: Consilarii uel presentium maior pars suppleant uices eiusdem: donec sit de Rectore prouisum. Teneanturque scolares omnes & singuli eiusdem Consiliariis in uirtute iuramenti prestiti obedire. Ac ipsi Consilarii infra dies Octo postquam Rectoris officium uel substituti uacauerit: modo predicto nouum Rectorem sub pena periurii eligere: pro ut supra in Constitutione de electione Rectoris per omnia & singula cauetur: & pari modo Vniuersitati publicare teneantur. Cuius Rectoris officium durabit usque ad proximum sequens festum sancti Martini. Insuper quod si cōtingat aliquem de Consiliariis se absentare: per eundem dimitatur de Rectoris consilio substitutus: qui prestabit in Rectoris manibus iuramentum coram Tabellione & Consiliariis sepe dictis: pro ut ipse Consiliarius prestitit principalis. Eadem per omnia qualitate seruata in substitutis: que in principalibus obseruatur. m

tem statuimus & ordinamus quod Rector in principio sui officii infra Sex dies post sui creationem faciat per scolares moneri publice Licenciatos Bacallarios & studentes uniuersos: etiam beneficiatos in Salamantiensi ecclesia ut infra Sex dies huiusmodi omnes & singuli ueniāt ad iurandum prout inferius est scriptum. Et si predictum prestare recusauerint aut neglexerint infra ipsos Sex dies iuramentum: sint ipsis

elapsis a Confortio Vniuersitatis priuati quo ad omne suū cōmodū & honorem: donec iuramenti uinculo se astrinxerint. Quos sic priuatos Rector faciat nominatim per uniuersas scolas publice denūciari. Et hoc idem in doctoribus & Mag̃ris obseruetur. eo saluo quod Rector pro tempore per Bedellū studii ad hoc specialiter deputatum eosdem Doctores faciat & Mag̃ros ad prestandum huiusmodi iuramētum singulariter euocari. cuius relationi stabitur si dictos Doctores pariter & Mag̃ros se afferat euocasse. Et si prefacti Doctores & Mag̃ri uenire contempserint: preter penas supius consignatas a perceptione sui salarii ex cathedrarū & lecturarū ituitu eis debiti sint priuati & penitus alieni: donec obederint atq; iurauerint predicto Rectori in forma subsequenti. Ego iuro ad sancta dei euangelia corporaliter per me gratis tacta quod uobis dño Rectori meo & omnibus & singlīs mādati vris in licitis & honestis obediā. & in negociis Vniuersitatis & factis consilium auxilium & fauorem fidelia prestabo. nec predicta contra ipsam Vniuersitatē seu eius bonū statutum alicui dabo. ac ad uocationē vraz ueniam totiens quotiens fuero requisitus Sic me deus adiuuet & hec sancta dei euangelia. Quodq; etiam dictus Rector sub pena prestiti Iuramenti nomina quorūlibz iurantium per publicum Notarium coram quo huiusmodi iuramenta prestentur scribi faciat in libro aliquo seriose studentes ac graduatos sub facultatibus suis distincte ponendo. Qui quidem liber penes Rectorem retineatur: ut cū oportuerit possit scire qui obedientes fuerint & iurauerint: & qui fuerint contumaces & prestare contempserint huiusmodi iuramentum Quem etiam librum suo officio finito in arca Vniuersitatis ponere teneatur. **v**

**N**super uolumus quod scolares superuenientes post creationē dicti Rectoris infra Octo dies postquam scolas intrauerint: Rectori prefacto illico se presentent: & iuramentum eidem prout supius est descriptum prestent Et si predictum prestare contempserint seu neglexerint iuramentum: per Rectorem eundem ab Vniuersitatis confortio repellātur. Verū siq; de studentibz tā exñtibz in studio qz supuenientibz ipstando iuramento Rectori rebeles fuerint. & postqz de Rectoris mandato fuerint denunciati priuati a dicte Vniuersitatis confortio: ulterius in sua perdurauerint contumacia: tunc Scolasticus Salamantiñ ad dicti requisitionem Rectoris canonica monitiōe premissa: dictos rebelles excommunicet: & faciat p scolas excommunicatos publice denunciari. Rectorem autē in dño exhortamur quod in recipiendo huiusmodi iuramenta ac puniendo rebelles: sit sollicitus & intentus. **v**

Item statuimus & ordinamus quod Scolasticus ipse qui est Iudex  
ordinarius studii ac presentium executor Conseruatores Nota  
rius Bedelli Stationarius Syndicus & alii officiales dicti studii aequa  
admitantur ad eorum officia ac etiam quolibet Anno in manibus noui  
Rectoris post sua creationem infra decem dies coram Notario studii  
ipseque Notarius coram alio publico & testibus in forma que sequitur si  
gillatim persent corporaliter iuramenta. Ego alme Vniuersitatis stu  
dii Salamantiensis ab hac hora inantea fidelis & obediens ero dicte Vni  
uersitati Consilium quod per se uel nuncium aut litteras michi creditura  
erit signo uerbo uel nutu ad eius damnum uel preiudicium nulli pandam  
Si uero damnum eius tractari sciuerim pro posse meo impediam ne fiat.  
quod si per me impedire non possem: illud eidem Vniuersitati aut illi  
uel illis per quem aut per quos ad eius noticiam deducatur significare  
curabo. Et insuper Officium michi commissum bene & fideliter exequar  
geram & exercebo. Honores ac iura utilitates & comoda uniuersitatis  
remotis odio gratia & fauore pro uiribus procurabo. Statuta Vniuersi  
tatis ipsius quantum ad officium meum pertinuerit obseruabo. Et uobis  
domino Rectori meo ac omnibus & singulis mandatis uestris in licitis & ho  
nestis obediam: & ad uocationem uestram ueniam totiens quotiens fuero  
requisitus Sic me deus adiuuet & hec sancta dei euanglia pro me gratis tacta  
Et ita iuro. Ultra hoc dictus Scolasticus iuret quod a muneribus & en  
ceniis abstinerebit: ac suos omni diligentia qua poterit abstinere procu  
rabit: esculentis & potulentis moderatis dumtaxat exceptis. Amba  
xiatores uero quando mittentur ad aliqua loca prestito iuramento de  
fidelitate ut supra iurent quod nichil in preiudicium Vniuersitatis Re  
ctoris Scolastici Doctorum magistrorum Nobilium & Consiliariorum  
atemptabunt. Conseruatores etiam & predicti ac quicumque alii Offi  
ciales dicti studii supra posito de fidelitate prestito iuramento iurabunt  
pro executione suorum officiorum in ea forma que ipsi Vniuersitati ui  
sa fuerit expedire.

**vñ**  
Item statuimus quod Doctores & Magistri de collegio Vniuersi  
tatis annuatim tempore quo Rector eligitur in suo Collegio:  
unum ex se ipsis eligere teneantur: qui primicerius seu prior eorum nun  
cupetur: & precedens eos in actibus & congregationibus ipsorum: ut pre  
sidentem habeat curam de concernentibus Collegium huiusmodi: faciat  
que ipsos ad actus communes Collegii conuocari. Qui si uocati non uene  
rint iusta causa cessante: in pena trium regalium pro Archa Collegii  
quolibet non obedientem incidere uolumus ipso facto. Et quod prefa

tus primicerius cum illis qui uenerint expedire possit: que fuerit expedienda. Teneanturq; Bedelli ipsius studii huiusmodi Primicerio nec nō Scolastico in his que ad eorū spectant officium obedire: & ad uocationem ipsorum sicut Rectoris uenire. Quodq; predicti Doctores & Magri ad conferendos gradus Bachallariatus & ad repetitiones faciendas & ad tenendum Cathedras in repetitionib; publicis Bacallariorū & in Actibus Magrandorum uel Doctorandorū nō admittantur: nisi in habitu Doctorali & Magrali fuerint in eisdem

**vm**  
Tem statuimus & ordinamus quod Vniuersitas prefacta unum dumtaxat administratorem Maiordomum seu dispensatorē cū cum nō coniugatum habeat & non plures. Ad cuius officium arrendare colligere & administrare pertineat omnes reddit; prouentus & fructus tam Tertiarum quā possessionum & aliorū bonorū Vniuersitatis eiusdem. Quiquidem administrator per uenerabilē fratrem nrm Archiepm Compostellanū ad presentationē supplicationem & petitionē Rectoris Consiliariorū & lectorum perpetuorū ac ordinarie salariatorum uel maioris partis ipsorū totiens quotiens eis uisum fuerit expedire instituat se uel ponatur & etiā amoueat. Ita quod ad supradictorum petitionem & presentationem prefact; Archieps teneatur presentatum per eos uel eorum maiorem partem in administratorem ponere: & positū modo simili amouere ubi & quando fuerit requisitus. Quod si facere infra decem dies a tempore quo requisitus fuerit computandos neglexerit Archieps supradictus: Rector predictus cū omniū a predictorū consensu uel maioris partis eorū auctoritate aplica libere & licite ipm ponere & appositū similiter amouere ualeat. Nec administrationis officium quisquā per dictum Archiepm aut Rectorem nisi huius nre Constitutionis seruata forma assumi aut prefici possit: nec posit; ab eodem officio remoueri Et dict; Administrator ante quā administrationis officium admitatur: legitimā & sufficientē Rectori & Consiliariis Vniuersitatis nomine & lectorib; supradictis prestare teneatur cautionem

**ix**  
Nsuper uolumus & ordinamus quod Administrator & eius locum tenens in manibus noui Rectoris coram Notario & testibus quolibet Anno iuret quod circa executionē sui officii in pecuniis procurandis administrationem suam spectantibus & in legentium stipendiis ī Salamantiñ studio persoluendis & aliis ad officium suum pertinentibus fideliter se habebit: & diligentiam ad quam tenetur debitam adhibebit. Et quod plenarie sine diminutione & cautela aliqua Doctori



bus & Magris & aliis salariatis in terminis consuetis satisfaciet prout  
tenetur: Retētis tamē pecuniariis Sūmis penarū siue multarū q̄s dicti  
Doctores & salariati alii incurrēt ex transgressione huiusmodi sāctio  
nū De q̄bus respondere Administrator prefat⁹ teneatur realiter inte  
graliter & cum effectu eidem Vniuersitati & aliis in Constitutionib⁹  
hiis n̄ris contentis : secluis exculationibus & dilationib⁹ quibuscunq̄  
Quodq̄ Administrator prefatus Anno quolibet teneatur Rectori &  
Consiliariis sue administrationis reddere rationem

ta tamē quod p̄dicte rationi reddēde p̄sentes sūt unus de Docto  
rib⁹ p̄ oēs Doctōrs uel eorū maiorē partē. & un⁹ p̄ Vniuersita  
tē prouidus & discretus Bacallarius ad hoc deputati: quos & oēs Cō  
siliarios cum Notario Vniuersitatis Rector uel Substitutus eiusdem  
uocare teneatur: ut dicte rationi omnes & singuli supradicti īterfint.  
Et quod dictus Administrator non possit prouentus & redictus dicte  
Vniuersitatis arrendare: nisi in arrendatione huiusmodi Vnus de sala  
riatis Lectoribus quem ad hoc ip̄i uel eorū deputauerit maior pars. &  
alius de Vniuersitate qui ad id per Rectorē & Consiliarios deputetur  
cum Vniuersitatis Notario presentes existant. x

tem in fauorem Vniuersitatis predicte zelo litterarū scietie &  
ut ip̄a liberius & cum minoribus expensis & laboribus sua debi  
ta consequatur: & lectores ad legendū uacare quietius ualeant quāto  
maioribus perrogatiuis fuerit ip̄a Vniuersitas communita: uolumus  
& predictis auctoritate & scientia ordinamus ip̄i Vniuersitati per ip̄er  
petuum concedentes: quod Administrator predictus qui fuerit pro tē  
pore auctoritate aplīca omnes & singlōs decimarum dicte Vniuersita  
tis debitores arrendatores & fideiussores ac detentores seu & occupa  
tores earūdem: necnon quoslibet alios Contradictores & rebelles per  
censuram ecclīasticam: & alia iuris remedia cogere compellere & com  
pescere: etiam cum inuocatione brachii secularis possit & ualleat x

Tem statuimus & ordinamus quod Doctores aliq̄ lectores or  
dinarie pro salario legentes a festo Sancte luce de Mense Octo  
bris legāt usq̄ ad festum beate Marie Virginis de mense Setembris:  
nisi ex inferius ānotatis de quib⁹ Rectori fidem facere teneantur ip̄os  
uel eorum aliquem cessare contingerit a lectura Videlicet īfirmitatis  
perpetue uel temporalis domestici funeris nuptiarū negocii uel gradus  
recipiendi instudio Salamantino non alibi uel captionis corporee sine  
sua culpa uel peregrinationis ad lumina sancti iacobi in Anno scilicet  
Iubilei siue indulgentie generalis iustiq̄ timoris mortis uel periculi

corporalis/uel perditionis omnium bonorum suorum siue maioris partis eorum/uel negotiorum Vniuersitatis/uocationis aplice sedis/causis uel alias de mandato & licencia Vniuersitatis ipsius. Quibus ex causis per sufficientes substitutos ad uoluntatem audientium positos hii ualeant legifacere sine multa. Super sufficientia aut substituti Rectoris & Consiliariorum stetur iudicio: quorum conscientias super hoc oneramus Si uero alie absentie cause rationabiles inueniantur in iure hiis solis dumtaxat exceptis absentes ipsi quos absentia huiusmodi uel alia uoluntaria durante de salario nichil percipere uolumus. Elapsis Sex mensibus ab eorum absentia computandis suis Cathedris sint priuati. Et si per Quattuor Menses Doctor uel Lector talis tempore quo lectura durat solum ex uoluntaria causa se absentauerit uel cessauerit ab eisdem Cathedra & stipendiis sit priuatus penitus & lectura. Ita tamen quod tempus uacationis studii non in dictis Sex aut Quattuor Mensibus computetur. Qui autem ex aliis causis quam premissis quatumcunque legitimis istis hic expressis etiam maioribus uel equalibus se absentauerint uel cessauerint a lectura pro qualibet die cessationis multentur pro rata salarii computati & diuisi per dies lectiuos. Volentes etiam quod predictus Administrator requisitus per Rectorem uniuersitatis multas & penas predictas omni remissione cuiquam de ipsis facienda penitus interdita sibi numerare tradere & realiter cum effectu assignare: Ac Rector ipse sub pena per eum prestiti iuramenti illas ab ipso Administratore leuare recipere & exigere teneatur. Quarum medietate per Rectorem illis qui absentium uel a lectura cessantium uices supplebunt concedenda. Quibus ad hoc per eum & Consiliarios eligantur. reliqua medietas in ipsius Vniuersitatis utilitatem honorem & comodum conuertatur. Nempe quia humana natura non semper circa labores insistere potest cum lectoribus salariatis mitius agere uolentes concedimus eisdem quod si per Octo Menses lecturam suam continuauerint continuo uel interpollatim quolibet Anno in studio supradicto: studii tempore in residuo Anni per substitutos datos ad studentium uota Legifacere sine multa possit

**xvii**  
tem uolumus & ordinamus quod Rector de Consiliariorum consilio uel maioris partis ipsorum Doctoribus & Licenciatis ac Bacallariis tam legentibus pro stipendiis quam alias Cathedras & scholas assignet ad legendum Et si aliquam cotrouersiam super ipsis Cathedris scholis uel lecturis & legentium salario forsitam inter legentes emergi ex causis quibuscumque contingat; ipsam Rector idem audiat determinet &

decidat simpliciter & de plano: sine strepitu & figura iudicii super quo conscientiam ei9 oneramus. Quodq; etiam ipi Rectori per omnes & singulos de Vniuersitate circa funera omnium de Vniuersitate ac suorum familiarium & Officialium studii: & circa sermones in fratrum predicatoru Minorum & Augustineu domibus ad studium fieri consuetos obediatur. Quos quidem sermones Bedellus hora prime diei precedentis per omnes scholas denunciare publice teneatur. Insuper quod Rector & Scholasticus quotiens fuerit oportunum possint ordinare sessiones siue collocationes in Auditoriis claustru & publicis Congregationibus studii. In quibus nullus de Vniuersitate audiatur nec uox sua admittatur aliquammodo in uulgari. Statuimus etiam quod Rector finito officio suo sub pena periurii reddat rationem cum effectu infra Mensem de hiis que durate officio quomodolibet obuenerunt. Et si Rector ipse reddita huiusmodi ratione in aliquo obligatus seu obnoxius reperitus fuerit: illud infra Triduū in studii Archa ponere: & non successoru i officio tradere sub pena iuramenti prestiti teneatur

**xiii** Item statuimus & ordinamus quod quilibet Doctoru & Magistru salariatoru legeticu ordinarie Et Licenciatoru Cathedras prime regeticu iuris canonici uel ciuilibus Vnam repetitionem quolibet Anno facere teneatur circa materiam quam lecturus sit uel legerit illo Anno. Quod si non fecerit de salario eidem assignato & debito Decem francos ipso facto amittat: applicandos Vniuersitatis Arche: nulla remissione eidem aliquatenus profutura. Et terminus infra quem huiusmodi repetitiones fiant sit ante festum sancti Iohannis Baptiste diebus per Rectorem secundum prioritatem & posterioritatem graduum iporum repetentium consignandis suo modo. Prouiso quod dñicis uel festiuitatum solenniū que celebrantur autentice cum sermone in ecclesia Salamantiu: & in festo quo sermo studii fuerit diebus non fiat: & quod inter Vnam repetitionem eiusdem facultatis & aliam sit ad minus dierum Quindecim interuallum

**xiiii** Item uolumus quod Rector prima die Maii annuatim Doctoru & Lectores alios salarios facultatis cuiuscumq; ad claustru ecclesie Cathedralis couocet: qui ibidem in Administratoris presentia seu ipius locutenentis in manibus Rectoris prestent in modum qui sequitur personaliter iuramenta. Ego iuro ad sancta dei euangelia corporaliter per me gratis tacta quod lecturam michi pro Anno sequenti per Rectorem & Consiliarios assignatam seu imposterum assignandam fideliter & diligenter incipiam; & continuando perficiam ad utilitatem scholarium

& profectum inchoando sequenti die post festum sancti luce proxime futurū: & continuando usque ad festum Natiuitatis Virginis Marie sub penis in Statuto de lectura lectorū supraposito contentis: nec aliquā cessacionis uel absencie causam falsam allegabo. Sic me deus adiuuet & hec sancta dei euangelia. Qui uero predictum iuramentū prestare recusauerit illa die si presens fuerit in Ciuitate perdat donec iurauerit salarium pro rata sue Cathedre ipso facto. Si autem absens fuerit illa die & per Rectorem postquam uenerit requisitus prefactum non presterit iuramentum die qua fuerit requisitus legitima excusacione cessante: perdat pro rata similiter salarium ipso facto prout superius est expressum

*xv* Tem uolumus & ordinamus quod nullus studens in iure canonico uel ciuili ad gradum Bachallariatus in Salamantiā studio assumatur: nisi in grāmaticalibus fuerit cōpetenter instructus. & exposit principaliter intendens circa scienciam iuris canonici uel ciuilis per Sex Annos uel per maiorem partē Anni cuiuslibet predictorum huiusmodi Ius canonicum uel ciuile audierit: & decem in scolis publicis in diebus totidem publice legerit lectiones: & si fuerit Canonista per duos Annos ex illis Sex uel per maiorem partem Anni cuiuslibet audierit de decreto. Et si forte aliquis studens cursum in aliquo Annorū predictorum non cōpleuerit: possit in alio sequenti uel sequentibus mediate uel immediate Annis supplere: que in futuris & etiā preteritis cursibus tam studium ad gradum Bacallariatus quā Bacallariorum ad examen priuatū uolumus extendi. Qui uero contra huiusmodi Constitutionis tenorē ad predictum gradum ascendere presumpserit: predicti gradus careat cōmodo & honore & pro Bacallario nullatenus habeatur. Rectorem autem qui talem studentem ad huiusmodi gradum Bacallariatus admitti scienter fecerit: preter periurii reatum decem francorū penam in utilitatem dicte Vniuersitatis conuertendorū irremissibiliter incurrere uolumus ipso facto

*xvi* Tem statuimus & ordinamus quod ad Bacallariatus gradum in Artibus nullus admittatur: nisi prius in grāmaticalibus competenter instructus per Tres Annos uel eorū cuiuslibet maiorem partē de aliis artibus. Primo de logica ueteri atque noua. Secundo de logica & philosophia naturali insimul. Et Tertio Annis de philosophia naturali & morali simul audierit. ac tres de logicalibus. Quattuor uero de Philosophia naturali: & tres de morali lectiones in diebus totidem in scolis publicis Artium earundem legerit: ac in receptione huiusmodi

gradus de certa questione arguere uolentibus responderit: Et insuper ad Examen priuatū pro licencia in eisdem Artibus ad Magisterii gradū obtinenda missus assumi ualeat: nisi de Logica uno & alio de Philosophia naturali: ac Tertio de morali Annis uel per maiorem partē Anni cuiuslibet legerit: ac Repetitionem respondendo arguere uolentibus fecerit de eisdem. In medicinali autem sciencia nullus ad Bacallariatus gradum ascendat: nisi postquā Bacallarius in eisdem Artibus fuerit: & per Quattuor Annos uel maiorem cuiuslibet partem Anni de Medicina audierit: ac decem lectiones publice legerit de eadem. Et nichilominus in receptione gradus huiusmodi ut supra dictum est de Bacallario in Artibus de certa questione publice responderit. Ad examē etiam priuatum pro licencia obtinenda ad Magisterii gradum in medicina nullus Bacallarius admittatur: nisi per Quattuor Annos uel maiorem partem cuiuslibet Anni de predicta facultate legerit: & per quattuor menses cuiuslibet Anni praticauerit de eadem: fidemque fecerit de premissis. Vbi uero Bacallarius examinandus ad Magisterii gradū in medicina Magister in artibus fuerit Tres sibi sufficientes Anni ut dictum est computati pro examine subeundo. Statuimus etiam quod in Examinibus Magistrandorum in Artibus & medicina Magistri in ipsis facultatibus saltem Quattuor si sint in studio presentes preter illum qui Magrandis eisdem insignia Magisterii huiusmodi conferre debent interfint. Quod si predicti Quattuor Magistri uel Tres seu etiam duo haberi nequiverint in eodem studio uel infra dietam loco deficientium surrogentur Licenciati. & si etiam Licenciati non reperiantur ibidem duo sufficientes Bacallarii pro uno Magistro in examinatione predicta

*xvii* 17  
tem Statuimus & ordinamus quod cuilibet studentī gradum Bacallariatus in quacumque facultate recipere uolenti liceat pro suo libito uoluntatis eligere Doctorem uel Magistrum de Vniuersitate predicta ut dictum gradum sibi conferat. Idemque studens Rectori fidem faciat quod in audiendo & legendo supradicta obseruauit statuta. de qua quidem obseruatione Rector Doctori uel Magistro predictis fidem faciat per Bedellum. Quo peracto idem Doctor uel Magister diem legibilem non feriatam studentī prefato ad receptionem dicti gradus assignet: qua adueniente publice per scholas omnes Bedellus annunciet: quod talis studens debet predictum gradum assumere. Et exinde Bacallariandus accedens prope Cathedram arengando gradum postulet: quem Doctor uel Magister sine arenge solennitate eidem concedens descendat de Cathedra: & Bacallarius prelibatus Cathedram ascendat eandem:

& subsidio altissimi inuocato si uoluerit arengando uel lectionem breuissimam sue facultatis legendo uel utrumque exercendo actum suum compleat: quibus peractis gratiarum actiones referat. In cuius gradus receptione possit Bacallarius prefactus in amicorum conuiuio Quinque florenos de Aragonia dumtaxat expendere & non ultra: nisi de Rectoris licencia qui qualitate persone & aliis circumstantiis consideratis usque in florenorum Quindecim summam cum iussum fuerit expedire ualeat dispensare: super quo ipsius Rectoris conscientiam oneramus Volentes etiam & statuentes quod Bacallariandus qui in quacunque facultate gradum huiusmodi recipere debeat: Vnam duplam Castellanam pro studio Rectori eiusdem: & unum Notario: ac alium florenos Bedellis tradere teneatur. Quos quidem florenos per eos qui in huiusmodi Vniuersitate Studuerint & ob cursuum defectum seu alias propter nostras Constitutiones in alio studio graduati fuerint: si ad huiusmodi redierint studium Antequam ad actum aliquem admittantur eisdem Notario & Bedellis solui uolumus & ordinamus. Et insuper pro incremento dicte Vniuersitatis ipsarum prerogatiua speciali in hac parte prosequentes uolumus ac eidem apostolica auctoritate concedimus: quod studentes quecumque beneficia obtinentes dum modo religiosi seu in presbiteratus ordine constituti non fuerint Postquam in iure canonico gradum Bacallariatus in ipsa Vniuersitate receperint: per Triennium de legibus ualeant audire Constitutionibus prohibitionibus & inhibitionibus apostolicis ac aliis contrariis non obstantibus quibuscumque. Quodque Bacallarius qui in quacunque facultate cursus suos legendo facere uoluerit: si scholas publicas aut priuatas ad legendum in studio habere nequuerit: in domo habitationis sue uel alibi in presentia scholarum aliquorum legere ualeat publice non tamen hora Prime uel Vesperorum. Volumus tamen quod dicti Bacallarii lectura cum sic extra scholas legerit: per Bedellum in scholis annuatim publice nunciatur

**Y** Tem statuimus Et ordinamus quod nullus Bacallarius in iure canonico uel ciuili ad examen priuatum pro licencia ad gradum doctoratus obtinenda admittatur: nisi per Annos Quinque uel maiorem partem cuiuslibet Anni legerit: & unum Actum publicum repetendo aut disputando & arguentibus respondendo fecerit. Quodque dictus Bacallarius ad huiusmodi examen per Doctorem antiquiorem facultatis eiusdem de Vniuersitatis gremio & Doctorum Collegio in studio residentem ad hoc alias non prohibitum presentetur Scolastico ecclesie Salamantiensis Cui de tempore sue lecture fidem facere teneatur. Et si

Scolasticus predictus Bacallarium prefatum reperiat cursus suos oēs & singulos perfecisse: recepto prius ab eodē Bacallario iuramento de ueritate dicenda: ipm secrete iterroget. Vtrum aliqd dederit uel promiserit ratione uel ex causa licencie obtinende ultra id quod iferi9 est expressum. Et si respondeat quod non Iniungat ei sub debito prestiti iuramenti & excommunicationis pena Quam si contrarium fecerit eum incurrere uolumus ipō facto Quod nichil promitet aut dabit causa licencie obtinende Quo casu idem Scolastic9 assignet eidem Bacallario locum pariter atq; diem Quibus coram eo & doctoribus de uita & moribus fidem faciat. Et quod sit legitim9 uel alias legitimatus. Et si super hiis omnibus ydoneus sit repertus: diem & locum ad recipiendū pūcta sibi assignet: super quib9 debet subire examen. qua adueniente Miſſa sancti spiritus coram Bacallario & alis interesse uolentibus in Cathedrali ecclia celebrata: Idem Scolasticus in medio Doctoꝝ sedens in loco per ipm in prelibata ecclia deputato: per manus Bedelli libros tenentis iuris canonici uel ciuilibus secundum facultatem in qua Bacallarius examinandus fuerit: Vnum uni & alium libros alteri ex Doctoribus assistentibus dari faciat Quoz quilibet Ter tantum si uoluerit librum aperiet: ac in altera apertionis uice ibidem: Bacallario titulum seu materiam sibi eligenti Capitulum uel legem pro examine subeundo assignet. Sequenti uero die post meridiem: hora dicto Bacallario per Scolasticum assignata ante Vesperos: ueniat Bacallarius ipse paratus examen subire ad unā Capellam ecclie Cathedralis uel ad locum alium ad hoc aptum per Scolasticum ex causa deputandum Vbi doctores predicti omni prorsus non legitima excusatione cessante conueniant uocati si presentes in Ciuitate fuerint per unum ex bedellis ipius studii iuratis cuius stabitur relationi. Si autem absentes fuerint infra dietam per axaminandi Nuncium specialem. Quibus nō uenientib9 uel aliquo ipoz: reliqui uenientes dū modo Tres ultra pſentantē existāt expediāt & pficiant quod icumbit. Et tūc examinandus Bacallari9 si sibi placuerit ut est moris: aliquā arengā sub cōpendio faciat: & protestationem in actibus talibus fieri consuetam: & suam lecturam icipi at ultra horam Vnam uel duas minime duraturam: ut ordine & modo consuetis procedatur Postea ad examen. Quib9 omnibus & singulis executioni mandatis: Bacallarius examinatus ad domum redeat. De mū Scolastic9 recepto prius a quolibet doctorū ibidem pſentium iuramento: quod secundum deum & conscienciam suam bonā super approbatione uel reprobatione examinati Bacallarii ueritatem deponent

Scrutiniū faciet: & Doctorū Vota in birreto uel sub capucio per cedu-  
las recipiat claufas In quibus Doctores litteram ponant. A. si itendāt  
debere Bacallarium aprobari. Si autē reprobari debeat: Litteram po-  
nant. R. Et mox Scolastico & Doctoribus predictis presentibus cedu-  
le aperiantur predictae: & coram Notario publicetur. Quib9 omnib9  
sic peractis: die sequenti Bacallarius examinatus de mane ad domū  
Scolastici pro responsione habenda accedat Cui Scolasticus licenciam  
uel deneget uel concedat prout Iuxta Doctorū consilium fuerit faciē-  
dum. Si autē Scolasticus predictus neglexerit uel maliciose distulerit  
Bacallarium dignum ad examen admittere uel ei responsionem super  
eius approbatione uel reprobatione dare: ipius ea uice potestatem ad  
Compostellan Archiepm̄ prefatum Si presens in dioci. Salamantiñ fu-  
erit. Alias ad Venerabilem fratrem nrm̄ Ep̄m̄ Salamantiñ pro tēpo-  
re existentem: & eo absente ad ei9 uicarium seu uicarios generales uo-  
lumus deuoluī ac pertinere. Vbi autem prefactus Bacallari9 examinā-  
dus interrogatus a Scolastico sub iuramento responderit se aliquid de-  
disse uel promississe ratione uel ex causa licencie obtinende seu alias  
constare poterit: quoquomodo Scolasticus ip̄m̄ repellat penitus ut in-  
dignū ab examīe prefato: Et per duos Annos ab ingressu examinis &  
licencia obtinenda sit suspens9. Nec quousq; Rectori tantum quantū  
confessus uel conuictus fuerit se promississe uel dedisse pro dicto exaīe  
in Vniuersitatis usibus conuertendum soluerit: ad dictum examen ali-  
quatenus admittatur. Recipientes etiā duplum eius quod receperint:  
infra Mensem restituant Alias ip̄os sentenciam excommunicationis in-  
currere uolumus ip̄o facto: a qua nequeant absolui: nisi Triplum eius  
quod receperint dicto rectori restituant: similiter in Vniuersitatis usi-  
bus conuertendum. Scolasticū uero qui talem ante lapsum duorū An-  
norū uel post dicta pecunia non soluta ad examen receperit: excomuni-  
cationis sentenciam etiam incurrere uolumus ip̄o facto. Et insuper  
cum circa Nobiles & sufficientes personas liceat sedem aplicam sue li-  
beralitatē dexteram aliquantulum aperire: uolum9 & dicto Scolastico cō-  
cedimus quod si Bacallarius examinandus p̄ Quattuor Annos uel ma-  
iorem partem cuiuslibet eorū publice legerit: & de sufficiencia sua cōf-  
titerit: de consensu Doctorū Collegii ut supra cauetur per Bedellum  
uel Nunciū examinādi uocandorū uel medietatis eorū ut ad predictū  
examē admittatur dispensare possit. Et si predictus examinandus Ba-  
callarius Nobilis in dignitate constitutus & redditibus abundans fue-  
rit: & per Tres Annos uel maiore partem cuiuslibet Anni legerit: ac



de sufficiencia & moribus ipsius constiterit: possit etiam idem Scolaſticus cum tali ut ad examen predictum admittatur dispensare Et circa eos quibus dispensationis gratia suffragabitur: & illum qui ratione dati uel promissi a licencia obtinenda suspensus extiterit ut prefertur eum admissi ad dictum examen fuerint omnia & singula in Bacallario qui suos cursus perfecit statuta & ordinata fieri uolumus obseruari

statuimus etiam & ordinamus quod Bacallarij in quacumque facultate antequam intret examen penes Rectorem duas pro studio Et alias duas penes Scolaſticum pro eodem. duas alias pro quolibet Doctore qui dicto examini interfuerit duplas. necnon unum pro Rectore. duos pro Scolaſtico. totidem pro Doctore presentante. & unum Cereos quoque quilibet sit ponderis Sex librae pro quolibet Doctore interessenti examini prelibato deponat. quos & dictas duplas Scolaſticus ipse facto examine personis tradere superius ordinatis teneatur. Idemque Bacallarius examinandus duos Notario: ac totidem Bedellis florenos soluat. Omnia & singula in hac nostra Constitutione contenta Que per Bacallarium examinandum Scolaſticum ac Doctores pro examine in iure canonico uel ciuili sunt ordinata: fieri debere in examine cuiuscumque alterius facultatis per Magistros eiusdem ipsum examinandum & Scolaſticum: propterquam de differentia cursuum: ac dispensacionis gratia uolumus obseruari etiam in solutione iurium pari modo

statuimus & ordinamus quod omnes & singuli studentes Bacallariandi & Bacallarii licenciandi in quacumque facultate qui in ualisoleti aut alio generali studio suos cursus audiendo uel legendo iuxta formam & tenorem huiusmodi Constitutionum compleuerint: dummodo alias idonei sint & licenciandi huiusmodi Vna repetitioe publice in Vniuersitate predicta fecerint: gradus huiusmodi Bacallariatus & licentie ipsarum Constitutionum seruato tenore: libere recipere & ad illos admitti ualeant perinde ac sic in huiusmodi studio cursus suos audiendo & legendo peregerint. Ad gradum autem Bacallariatus in Artibus quicumque qui repertus fuerit sufficiens ubicumque studuerit libere. Ad examen uero priuatum in eisdem religiosi mendicantes dummodo secundum statuta suorum ordinum duobus de Grammatica: de Logica totidem: ac de Philosophia aliis duobus Annis: necnon post receptionem gradus Bacallariatus in huiusmodi studio de Philosophia morali Vno Anno uel maiori parte eiusdem legerint admittantur

statuimus & ordinamus quod Licenciatus in iure Canonico uel Ciuili aut in Teologia seu Medicina cum recipere uolue

rit Doctorat9 uel Magisterii insignia: det pro uestibus Scolastico Sa  
lamantiñ Quinçginta: & Doctori uel Magro a quo insignia hui9mo  
di recipere habuerit alios Quinquaginta florenos predictis similes. ac  
Rectori pro Archa studii duas & Licenciatus in altero iurium cuilibet  
Doctori Iuriste in Teologia Vero medicina uel Artib9 cuilibet Ma  
gro facultatis sue de Vniuersitate & Collegio qui huiusmodi interfue  
rit actui: alias dūtaxat duas duplas Quas penes Scolasticū antedictū  
p̄dictis tradendas Doctorib9 & Magris deponat: ac Notario Centū  
& Bedellis totidē regalia pro suis salariis soluat. ultra que cirothecas  
& birreta dabit Rectori & omnibus Doctorib9 & Magris. Magisterii  
uero insignia cum recipere habuerit licenciatus in Artibus Quindecī  
Scolastico supradicto: & Magro a quo ea recipe debuerit alios qndecī  
florenos: ac etiā duas Rectori pro studio: & alias duas Notario studii  
singulas autem duplas Bedellis det & soluat. Premissa autem iura p̄  
Licentiatum insignia Doctoratus uel Magisterii recipere ac Docto  
rem uel Magr̄m alterius studii Collegio Doctoz uel Magroz ip̄i9  
studii agregari uolentes persolui uolumus & iubemus: ac si in eodē stu  
dio grad9 huiusmodi recipissent. Siquis autē predictoz aliquid ultra  
dederit uel promiserit in Doctoratu suo seu Magisterio aut ante uel  
post causa p̄dictoz graduū conseq̄ndoz: nisi aliquid esculentū uel po  
culentū dari in similibus actib9 consuetū: Aut aliud tā parui & modici  
ualoris quod uerisimiliter Animū recipientis non possit comouere ali  
ud tantundez: & qui ceperit etiam nolente dare id quod receperit & a  
liud tantundē Rectori pro dicta Vniuersitate infra Mensē soluere  
& restituere teneatur. Alioquim ip̄os & eoz quēlibet sententiā exco  
municationis incurrere uolumus ip̄o facto: omī remissione Rectori ac  
eidem Vniuersitati penitus interdicta

*xxi*  
tem statuendo prohibemus ut nullus de Vniuersitatis gremio  
audeat publice arma deferre Maxime ī scolis congregationib9  
& Claustro. Cōtrariū uero facientes ip̄o facto ea perdant: & Rectori ī  
utilitatem ip̄i9 cedant. Et si cum detulerint requisiti ad Rectoris mā  
datum non restituerit seu tradiderint sine difficultate aliqua predicto  
Rectori: eos sententie excommunicationis subiacere uolumus. a qua ne  
queant absolui donec delata arma prefato Rectori tradiderint

tem statuendo etiam prohibem9 ne aliquis Doctoz Magroz  
Licenciatoz Bacallarioz Studentiū in quacumq; facultate seu  
Officialium ab Vniuersitate p̄dicta Officium obtinentium presumat  
cōcubinam aliquā in domo propria uel aliena in Ciuitate Salamantiñ

uel infra dietam ab eadem publice tenere. Contrariū autem facientes si Doctor uel Magr̄ ad nullos Doctorales seu Magrales actus q̄ndiu eam tenuerit: & donec omni fraude cessante eam ueraciter dimiserit admittatur. Et si Licenciatus a receptiōe insignum Doctoratus seu Magisterii per duos Annos a tempore dimissionis computandos suspens⁹ existat. Si autem Bacallari⁹ ab ingressu priuati examinis & a licencia obtinenda quandiu illam tenuerit alienus: & postquam eam ut supra dimiserit per duos Annos ab eisdem suspens⁹ etiam existat: & lecture temp⁹ quo ip̄am tenuerit inter cursus eidem nullatenus computetur. Vbi autem Studens fuerit tempus per quod illā tenuerit pro cursu ad gradum Bacallariatus eidem nullatenus computetur. Et postquā talē dimiserit a perceptione gradus prefati per Annum sit suspensus. Et nichilominus ultra penas huiusmodi Siquis Doctor⁹ Magr̄⁹ Licenciator⁹ Bacallari⁹ & Studentium predict⁹ Cathedram salariatā obnineat: Cathedram ip̄am cum illius Anni salario amittat. Officialis uero predictus officium & illi⁹ Anni stipendia perdat. Quilibet autē studentiu⁹ & Bacallari⁹ nō cursanti⁹ ad gradus recipiendos: ac Licenciator⁹ non intendenti⁹ recipere insignia Doctoratus uel Magisterii: penam duor⁹ florenor⁹ hospitali ip̄ius studii applicandor⁹ pro quolibet Mese quo illam tenuerit Rectori sine quibus remissione soluere tenetur. Rectores uero Scolastic⁹ Doctores Magr̄⁹ & Administratorem Vniuersitatis prefate qui aliquem contra huiusmodi statuta ad predictos gradus seu lecturas scienter admiserit receperit approbaue rit ac pensionē soluerit: sententiā excommunicationis incurrere uolum⁹ ip̄o facto. A qua absolui nequeāt: donec eor⁹ quilibet decē duplas Castellanas Vniuersitati ip̄i numerando persoluerit realiter & cū effectu. Et ultra huiusmodi excommunicationis & decem duplarū penas Administrator contra prohibitionem presentē stipendiatis soluendo ueniēs: tantum de propriis bonis eidem Vniuersitati soluat: quātum concubinariis huiusmodi de salario tradiderit: nulla sibi aut alicui ex predictis remissione aliquaten⁹ profutura. Et insuper inhiemus Vniuersis & singulis Doctoribus Magr̄is Licenciatis Bacallariis & studentib⁹ ac Officialibus non coniugatis: nec ip̄i uel eorū aliqui in domibus habitationum suarū mulieres aliquas in ancillas seu seruitrices de uite honestate manifeste & uehementer suspectas tenere audeāt seu p̄sumāt. Si qui autē contrarium fecerint & moniti per Scolasticū infra monitionis terminum non dimiserint: aut causam rationabilem non allegauerit excommunicationis sententiam incurrant: ad cuius executioem idem

Scolasticus contra eosdem prout iuris fuerit procedat. **xxiii**  
tem statuimus & ordinamus quod ad predictum Scolasticum p  
tineat audire examinare decidere & determinare omnes & sin  
gulas causas ciuiles & criminales Doctorum & Magistorum Licenciatorum  
Bacallariorum & Studentium in quacunque facultate: Officialiumque om  
nium Vniuersitatis ac familiarium continuorum comensalium omnium & si  
glorum predictorum inter ipsos uel eorum quoslibet: uel ab aliis contra pre  
dictos uel eorum quenlibet motas & pendentes: siue quas moueri & oriri  
continget quomodolibet in futurum. Preterquam super Cathedralibus lectu  
ris legentiumque salariis de quibus supra disposuimus. Quodque etiam dic  
tus Scolasticus possit auctoritate apostolica censura quoque ecclesiastica & ali  
is iuris remediis Conseruatores studii prelibati per Regem datos compe  
llere ad exequendum & exercendum ea que ad officium eorum pertine  
rit. Et insuper ad Scolasticum ipsum Bacallarios ad examen priuatum: &  
Licenciatos ad insignia Doctoratus & Magisterii in quacunque facultate ad  
mittere repellere seu approbare & reprobare: ac eis licentiam dare seu  
etiam denegare pertineat prout ex consuetudine hactenus a longissimis tempo  
ribus inuolabiliter ac inconcusse obseruata & Romanorum pontificum prede  
cessorum nostrorum approbata reperimus obseruatam apostolica auctoritate pro iure  
mento dicte uniuersitatis Concedentes: quod in predictis omnibus &  
singulis prefactus Scolasticus per se uel alium procedere ualeat simpli  
citer & de plano ac sine strepitu & figura iudicii. Per premissa tamen iu  
risdictioni Episcopi Salamantini quantum ad sibi subditos clericos sue Ciui  
tatis & diocesis. in aliquo uolumus derogari quum hi ualeant coram eo pro  
ut coram prefato Scolastico conueniri. Quodque idem Scolasticus in  
Vniuersitatis congregationibus uel Rectoris in quibus ipsum contigerit  
interesse post Rectorem primum teneat locum. Tempore uero quo Sco  
lasticus licentiam Bacallariis dabit aut concedet eisdem: quod recipere  
ualeant insignia Doctoratus seu examinandorum publicis repetitioni  
bus interfuerit: uel alias suum in Vniuersitatis actibus exercebit officium:  
Rectorem & quoscunque alios preter Episcopos & eorum superiores antecedit

**xxiiii**  
tem statuimus prohibentes quod nullus de Vniuersitatis gremi  
o dare alicui consilium uel fauorem aut auxilium presumat contra  
Vniuersitatem prefactam aut bonum eius statum. Qui autem contrarium  
fecerit preter penam periurii quam ob id incurrit: Rectori Quinquaginta  
florenos ipsius Vniuersitatis usibus applicandos: eo ipso irremissibili  
ter soluere teneatur. Statuentes insuper & in Vniuersitatis fauorem

concedentes: quod nullus de Vniuersitatis gremio Doctor Magister Licentius Bacallarius aut Scholaris seu eorum familiares uel Officiales Vniuersitatis ab ipsa dati uel dandi aut ipsorum familiares continui comensales per quosuis delegatos Subdelegatos aut alios Iudices etiam ordinarios etiam ratione summisionis delicti uel rei de qua agatur ad alicuius de dicto gremio seu cuiusuis alterius instantiam seu etiam ex officio coram ipsis seu alio quocumque Iudice ecclesiastico uel seculari quam coram Salamantini Scolastico uel eius uicario ciuiler uel criminaliter coniunctim uel diuisim conueniri seu trahi quoquomodo possint: nisi per aliqua iuris remedia ad Superiorem causam deuolui contingat: preterquam cleri Ciuitatis & diocesis Salamantini: qui etiam coram suis Iudicibus trahi ualeant & conueniri: prout supradictum est. Siquis autem presentis constitutionis & ordinationis uiolator extiterit: ipsum penas statutas in capitulo. Si diligenti de foro Competenti: & Viginti florenorum hospitali studii applicandorum etiam si Iudex fuerit incurrere uolumus ipso facto. Et si requisitus per Rectorem uel alium loco eius infra Quindecim diebus spacium soluere maliciose aut negligenter distulerit: ipso facto eum excommunicationis uinculo innodamus. A quo taliter innodatus absolui non possit: donec predictam penam soluerit: uel infra breue tempus a Rectore prefato considerato delinquente prefigendum cautionem de soluendo prestiterit sufficientem. Item quia sepe contingit Rectorem & administratorem ac ipsorum & alterius eorum loca tenentes a studio de rezeptis & administratis per eos non reddita ratione nec memotatis lectoribus & Officialibus ac Vniuersitati satisfacere ut tenentur absentari: ex quo damna & inconuenientia quamplurima hactenus prouenerunt: & prouenire in futurum uerisimiliter presumuntur Statuimus & ordinamus ipsisque Vniuersitati lectoribus & officialibus ac aliis quoque intererit concedentes: quod Vniuersitas & alii predicti & eorum quilibet coram Scolastico: Rectorem & administratorem seu ipsorum loca tenentes predictos coniunctim uel diuisim possint libere conuenire: ipsaque Scolasticus ipsos etiam coniunctim uel diuisim pro reddendis rationibus super premisis ubicumque & comodumque absentes fuerint: ad comparandum coram eo per censuram ecclesiasticam possit compellere: qui partibus hinc inde iustitiam ministrare teneatur. Verum etiam quia studentes quandoque delinquant uel quasi: & quandoque contrahunt uel quasi indicta Ciuitate: & non facta emenda seu satisfactione: a dicto studio se absentant: uel foro ipsius studii renunciant fraudulenter: Ex quo solent plurima damna obuenire & facinora perpetrari Statuimus & ordinamus quod delinque

res & contrahentes huiusmodi cuiuscunq; status gradus ordinis uel cō  
dicionis existant: possint corā eodez Scolastico cuius iurisdictioni omnes  
prelibatos & quoslibet studentes Salua iurisdictione ordinata superius  
Rectori: subiectos esse decernimus ratione predictoz delictoz uel cō  
tractuū huiusmodi conueniri Idemq; Scolasticus per censuram ecclīasti  
cā & per quecunq; alia iuris remedia contra eos procedere ualeat & e  
tiam debeat per illos quoq; intererit requisitus ubicunq; & quomodo  
cunq; absentes existant

**XXIII**  
**Y** Tem statuendo inhihemus Vniuersis & singulis Licenciatis Ba  
callariis & Studentibus in quacunq; insudantibus facultate: ne  
īpi uel eoz aliqui preter Regum Ducuz & Comitū filios uel nepotes  
Germanos ac alios Nobiles uel de genere & domo Nobilium ī dig  
nitatibus constitutos Vestes superiores apparentes foderatas de seri  
co uel preciosis pellib; publice deferre presumant. Quodq; iidem Ba  
callarii & Studentes preterquā Nobiles uel ī dignitatibus constitui  
necnō legentes salariati & Officiales īpius studii sine speciali Rectoris  
& Doctoris uel Magri antiquioris atq; illius in cuius Auditorio legūt  
uel audiunt licentia Quoq; qualitate persone & aliis circumstanciis inf  
pectis consciencias oneramus. Transactis Tribus Mensibus postquā  
scolas intrauerint equitaturas in propria uel aliena domib; tenere nō  
audeant Contrarium uero facientes decem florenoz penam Vniuersi  
tati applicandam annuatim incurrere uolumus īpo facto. Quam ante  
studii finem requisiti per syndicum in quolibet dictoz casuum soluere  
teneantur. Alioquin illius Anni cursus nec in audiendo nec in legēdo  
eisdem aliquatenus admittantur. Quod si cursum non fecerint: penā  
supradictam per Scolasticum ad requisitionem Syndici soluere uis &  
modis omnibus compellantur

**XXV**  
**I** Tem statuimus & ordinamus similiter inhihentes: quod nullus  
de audientib; uel legentibus in studio aliquo modo recipiat do  
muz conductam: nec locator sibi eam locet sub conuentione certe pen  
sionis uel pacto iuramento seu promissione de cōueniēdo uel domū  
dimittendo: sed simpliciter ad taxam. Contrarium autem faciētes īpo  
facto sententiam excommunicationis incurrere uolimus. Postquā tamē  
pacifice domos sic ad taxam receptas habitauerint. in optione recipiē  
tium sit taxationi stare: uel de pensione cum locatore conuenire. Ad  
quam taxationem faciendaz duo honesti & discreti uiri de Vniuersite  
saltē in Vigintequinq; Annorū etate constituti una cum duob; per Ca  
pitulum Salamantiē ecclīe & ciuitatē eligendis per Rectorē & Consili

arios deputentur: qui prout equū eis secundum conscienciā uisum fue-  
rit atq; iustum edificiis Situ quantitibus & qualitibus ac aliis circū  
stantiis Vniuersis diligenter inspectis: hospicia seu domos omnes & si-  
gulas in quibus Rector Doctores Magri Licenciati Bacalarii & alii stu-  
dentes & Officiales habitabunt: p̄stito prius p̄ ipsos Taxatores in mani-  
bus Scolastici ad sancta dei euāgelia iuramento: quod bene fideliter &  
iuste postpositis gratia odio prece precio uel fauore fraude cessante  
taxent. Volumus etiam quod si aliquis uel aliqui Taxatorum neglexe-  
rint uel recusauerint uocatus uel uocati uenire uel cum aliis concorda-  
re: potestas eorum ad alios deoluatur. Quodq; etiam super hospiciis cō-  
ductis & impofterum conducendis taxationi stetur omnium predictorum  
uel maioris partis eorum. quod si p̄ equales partes discordes fuerit uel di-  
uisi: pro uno Anno adiūgatur eis Prior p̄dicatorum. & alio Anno Guar-  
dianus Minorum: ut hoc moderamine adhibito maioris partis taxatio ob-  
seruetur. Et si forte aliquis de Vniuersitate predicta cum domino do-  
mus uel locatore eiusdem de pensione certa conuenerit: Volumus & or-  
dinamus quod conuentione huiusmodi non obstante in ipsius sit inquilini  
seu conductoris arbitrio. seu uolumus taxationi stare uel conuentioni  
ante uel post taxationē facte uel faciende: Iuramentis promissionibus  
obligationibus pactis conuentionibus seu aliis uis & modis: etiā spiri-  
tualium seu temporalium penarum adiectionibus aut alias quātuncunq;  
obligatoriis uel aliis uallandis firmitatibus ac aliis contrariis non ob-  
stantibus quibuscunq;. Que omnia & singula ex nunc cassamus irrita-  
mus & uiribus euacuamus: eaq; nullius penitus decernimus existere ro-  
boris uel momenti. Et insuper si aliqui predictarum domorum uel hospici-  
orum domini uel usu fructuarii: seu eorum gestores aut locatores: siue be-  
neficiati in Cathedrali uel in aliis Ciuitatis & dioci. Salamantini ecclias  
siue alii quicunq; fuerint p̄dicta hospicia uel eorum aliquod iuxta sancti-  
onem presentem & taxatorum predictorum uel maioris partis eorundē ta-  
xationem recusauerint locare: aut electionem prefatā scilicet standi ta-  
xationi uel cōuentioni iuxta conductorum arbitrium tollere turbare aut  
modo aliquo publice uel occulte impedire presumpserint: aut ne studē-  
tibus locent eas finxerint in domo uel domibus ipsis inhabitare seu uelle  
aut aliis quā de Vniuersitate locauerint: uel quocunq; titulo fraudulē-  
ter concesserint: seu eas dolose inhabitatas dimiserint: eos tales omnes  
& singulos ipso facto excommunicationis sententiā innodamus. a qua ipsi  
absolui nequeant: donec domos ipsas dimiserint inhabitandas p̄ aliquē  
de Vniuersitate secundum dispositionem Rectoris & Consiliariorum uel

maioris partis eorū: & donec electioni conductoris paruerint cum effectu: restituerintq; plenarie quicquid reciperint ultra taxam. Ita tamen quod in locationib; ad uitam uel ad longum tempus Decem uel Viginti Annorū locum non habeant supradicta omni tamē fraude cesante. Quodq; Taxatores ipsi uel eorū aliquis nichil ab aliqua partium percipiant. quod si preceperint eandē excommunicationis sententiam recipiētem uel recipientes incurrere uolumus ipso facto. a qua etiā absolui nequeant: nisi illud quod receperint Rectori restituerint cum alio tantū dē in Vniuersitatis usib; conuertendum. Sed pro eorū laborib; omēs dicti Taxatores Viginti Florenos ab eadem Vniuersitate recipiant ānuatim: si ipsa hospicia & scolas ad usum Studentiū Vniuersitatis predictę ante festū Resurrectionis dominice taxauerit etiā nō requisiti. Et tales ad huiusmodi taxationis officium assumi uolumus: de quibus uerisimiliter p̄sumatur quod officium ipm̄ fideliter & rationabiliter pro ut iustum & equū fuerit exequentur.

**Item** statuimus & ordinam; quod postquā aliquis de Vniuersitatis corpore scolas uel domos ad inhabitandum conduxerit: nulli alii studenti uel non studenti de gremio uel non de gremio quādiu studens ipse in studio permanserit: & in illis honeste conuersatus fuerit ac easdem retinere uoluerit: & dominum siue locatorem domus de in ea habitando uel procuratorem eiusdem per se uel per alium ante festū Santi Michaelis Mensis Septemb; certificauerit: & de soluenda pensione sufficientē cautionem si ab ipso fuerit postulata prestiterit locentur: seu per aliquem alium uel alios conducantur. Contra uero huiusmodi inhibitionem nr̄am uenientes: cuiuscumq; status gradus seu conditionis existant ipso facto sententię excommunicationis uinculo innodamus. a qua absolui nequeant: nisi ab inquietatione pri; cessauerint: & Priores Conductores domos pacifice inhabitare permiserint: uel Viginti Florenorū penā conductori persoluerint: Iuramentis promissionib; obligationibus pactiōib; & conuentionib; ut supra non obstantibus quibuscunq;. Hec autem locum non habeant in locationib; ad uitam uel ad longum tempus puta Decem uel Viginti Annorū sine fraude faciendis. Quodq; postquam aliquis Cathedram ī studio predicto in quacunq; obtinuerit facultate: nullatenus ab eadem Cathedra amoueat: eiusdēq; lectura priuetur dū modo sufficiens fuerit: q̄muis aliq; sufficientior reperiatur. Excepto quod si Bacallarius Cathedram tenuerit: quam Doctor uel Magr̄ uel Licenciatus facultatis eiusdem ac in eodem studio graduatus ab ipso petierit. quo casu nisi Bacallarius infra



Annun a petitionis eiusdem tempore numerandum licencie gradum  
repperit: Cathedram Doctōri Magro uel Licenciato petenti dimitte  
re teneatur. Dum modo talis Doctōr Magr̄ uel Licenciatus sit utilis  
per se ipm̄ & sufficiens ad predictam Cathedram regendum. Item uo  
lumus ac ordinamus quod Rector & Consiliarii quā primū Cathedrā  
aliquam salariatam ex quacunq; causa uacare presenserint: uel saltem  
post certam scientiam infra Biduū Edicta publica fieri faciant in scolis  
in quibus Cathedra predicta uacauerit affigenda. Quod si non fece  
rit eo ipso predictos Rectorem & Consiliarios penā Viginti florenorū  
ad usum dicte Vniuersitatis applicandorū incurrere. Et nisi infra Sex  
dies illā soluerint: eos excommunicationis sententie uolumus subiacere.  
In quibus contineatur edictis quod uolentes se opponere tali Cathe  
dre tunc uacanti infra Mensem continuū se opponant. & Mense duran  
te idem Rector & Consiliarii uacationem ipam per Bedellum diebus  
quib; legitur hora prime ī scolis denunciari faciant: saltē semel in qua  
libet Septimana. Et infra Octo dies a fine Mensis eiusdem computan  
dos huius nre Constitutionis ī omnib; & singulis seruata forma eidē  
Cathedre uacanti de lectore ydoneo & sufficienti prouideāt omni fra  
ude cessante. Ita tamē quod si sic non prouiderint: Scolasticus eos ad  
id per ecclīasticam censuram auctoritate predicta compellat. Et idē  
super aliis officiis per eos in dicto studio conferendis obseruetur. Hoc  
adiecto quod predicta non fiant in dicto studio lectura uacāte. Si uero  
Rector uel de Consiliariis aliquis ad talē Catedram uacantē uel aliud  
officium se opposuerit: officium suū uacare decernimus ipso facto: ac a  
lius loco eius etiā si nō seq̄tur effectus iuxta presentiuū Constitutionū  
formam eligatur ad illud. Statuentes quod si in petitione alicuius Ca  
thedre uel auditorii sic uacātis plures Doctōrs uel Magri de Vniuer  
sitis gremio in dicto studio graduati concurrerint: ceteris paribus in  
gradu antiquior preferatur: nisi sufficientia iunioris pro utilitate stu  
dentiū uel audientium secundum uota eorū uel maioris partis iporū su  
per hoc iuratorū qui in ea facultate cuius Cathedra uacauerit sunt &  
nominantur principaliter studentes aut continue audientes sit merito  
preferendus. Super quo Rectoris & Consiliarioꝝ uel maioris partis e  
orū arbitrio iuxta uota predicta regulando stari uolumus. Hoc idē in  
plurium Licenciatoꝝ uel Bacallarioꝝ cōcursu obseruari iubentes. Si  
autem competitores diuersorū graduum fuerint uidelicet Doctōr uel  
Magr̄ & Licenciatus: aut Licenciatus & Bacallarius qui dumtaxat se  
cundum harū nraꝝ Constitutionum tenorem ad examen abilis existat:

superior in gradu regulariter preferatur: nisi ob sufficientiam inferior  
ipse in gradu pro utilitate studentium secundum Rectoris & Consiliari  
orum uel maioris partis eorum arbitrium iuxta uota ipsorum studentium uel  
maioris partis eorundem regulandum uideatur merito preferendus.  
Quo casu Licenciatus antequam lectionem incipiat Doctoratus uel Ma  
gisterii gradum infra tempus per Rectorem & Consiliarios quod ultra  
Sex Menses a die concessionis Cathedre computandum non protenda  
tur prefigendum recipere. Et Bacallarius ipse infra Tres Menses exa  
men subire & licentiam adipisci teneantur. Alioquin nullatenus admit  
tantur: sed Cathedre ipse aliis conferantur. Prohibemus insuper quod  
Bacallarius cum Doctore uel Magistro nullatenus admittatur: nisi eui  
denter & notorie constaret pro utilitate studii & studentium ipsum fore  
merito admittendum: & in predicta Cathedra obtinenda secundum uo  
ta omnium studentium uel Trium partium eorundem Quinario nume  
ro diuidendorum. quod Rectoris & Consiliariorum uel maioris partis ipso  
rum arbitrio ut supra relinquimus sit preferendus. Quo casu Bacalla  
rius ipse abilis iuxta Constitutiones & ordinationes precedentes ad su  
beundum examinem priuatum existat. quod infra Trimestre subire & gra  
dum licencie obtinere: ac infra aliud contiguum Trimestre insignia Do  
ctoratus legitimo impedimento cessante recipere teneatur. Quodque in  
dicto studio graduati in Cathedra petitionibus: graduatis alibi cete  
ris paribus preferantur. Et quod non residentes in studio memorato:  
preterquam absentes ex causis expresse superiorum nominatis: ad petitionem  
Cathedrae uacantium non admittantur: nisi personaliter uenerint &  
iurauerint quod intendunt inibi residere. Et si Cathedre fuerint hiis  
collate teneantur in predicto studio Anno Primo saltem per Octo Me  
ses continuos residere: alias si non residerint tempore prelibato eo ipso  
Cathedris sint priuati: & penam Centum Florenorum Vniuersitati irre  
missibiliter soluendorum eo ipso incurrant: nisi aliqua ex dictis causis ex  
pressis in Constitutione de Doctorum lectione se absentauerint. In quibus  
cessans a lectione per lapsum temporis non priuatur. ac de soluenda pe  
na predicta tempore petitionis predictis Rectori & Consiliariis suffici  
entem cautionem prestare teneatur.

*xxviii*  
tem statuimus & ordinamus quod omnes & singuli Doctores Ma  
gister Licentiati & Bacallarii non salariati: ac quicumque studentes  
etiam Monasteriorum Abbates Priores Decani Archidiaconi: ac Nobi  
les seu alii in quibusuis dignitatibus personatibus Administrationibus  
seu Officiis constituti: singulis Annis cum iuramentum Rectori pres

titerint: eidem ipſorū quilibet Tres. Canonicus uero duos. & beneficia  
tus Cathedralis unum Morabitanos. Canonicus autem uel Beneficia  
tus alterius quam Cathedralis ecclesie Sex Reliqui uero Quinq; de  
narios pro celebrādis festiuitatib; sanctorū Nicolai & Catherine sol  
uere teneantur. Et siquid omni fraude cessante superfuerit: in usus e  
iusdem Rectoris conuertatur. Quodq; quicumq; Bacallarii in hoc aut  
alio quocumq; studio graduati: si cursare uel Cathedras etiam sine sa  
lario obtinere uoluerint: unam duplam pro ipſa Vniuersitate Rectori  
predicto soluere teneantur

**xxviii**

tem statuimus & ordinamus quod Vniuersitas cōmunē Archā  
Quinq; clauibus firmandam habeat In qua sigillum Constituti  
ones & priuilegia omnia eiusdem Necnon duple Bacallariandorum  
Licenciandorū Dotorandorū & Magistrādorū ceterorūq; penarū Collec  
tarū & aliarū quorūcunq; obuentionū pecunie ipſius Vniuersitatis po  
nantur & fideliter conseruentur. Et quod pecunie ipſe & alie quecunq;  
ad ipſam Vniuersitatem quomodolibet ptinentes que ad Rectoris uel  
eius substituti seu alterius uel aliorū quorūcunq; de ipſius Rectoris  
uel substituti mandato seu consensu manus quomodolibet peruenerit:  
in Archam predictam omni excusatione cessante per aperturam desu  
per factam infra Triduu; a tempore receptionis earū: uno de tenenti  
bus clauēs. Notario uel eius ubi interesse nō posset substituto. & uno  
de Bedellis: ac duobus testibus presentibus per Rectorem uel substitu  
tum predictos realiter & cuz effectu numerando reponantur & imittā  
tur. Quod si non fecerit Rector uel substitut; eiusdem: preter periuiri  
reatū Viginti florenorū Vniuersitati applicādorū penā incurrat. Quā  
nisi infra Sex dies immediate sequentes soluerit: eum sententie exco  
municationis subiacere uolumus ipſo facto. a qua nisi Viginti Florenis  
predictis solutis: & in Archa ipſa una cū pecuniis que reponi debuerūt  
repositis: absolui nequeat. Clauium autem predictarū Rector uel sub  
stitutus unaz. Scolasticus aliam. & unus pro parte dicte Vniuersitatis  
deputandus aliam. alias autem duas duo de Doctoribus antiquiorib;  
regentibus Cathedras & residentib; in studio teneant. Cumq; Archa  
ipſa aperienda fuerit: omnibus tenentibus clauēs uel eorū substitutis:  
& dicto Rectore uel eiusdem si absens fuerit Substituto: Consiliariisq;  
ac Notario: & duobus testibus: & Bedello pſentib; aperiatur. Quod  
q; Archa predicta in Stacionarii domo uel in alio loco securo ubi Rec  
tor & Consilarii & clauēs tenentes supradicti tutius utilius & honestiq;  
illam ordinauerint deponendam ponatur

**xxix**

tem statuimus Et ordinamus quod Rector et consilarii non eligant de se ipsis Taxatorem Syndicum Bedellum Stacionarium aut Notarium studii ut Rectum habeant iudicium in eligendo. Nec fiant ambaxiati nisi de consensu Vniuersitatis predictae. & tunc si ipse Vniuersitatis urgens necessitas aut euidentis utilitas id exposcat. Et ut super ambaxiatis mittendis fraus omnino uitetur: ipse Rector aut aliquis ex consiliariis supradictis pro ambaxiatis huiusmodi nullatenus eligatur: nisi eidem Vniuersitati euidenter constaret per aliquem seu aliquos ex eis utilius & honorabilius quam per aliquem alium uel alios posse ipsius Vniuersitatis negocia pertractari seu procurari. Quodque omnes salaria recipientes ratione officiorum suorum per Rectorem studii: pro quolibet uice qua in officiis suis defecerint: uel Rectori non obediuerint ut tenentur in duobus regalibus argenteis uniuersitati applicandis. Et si hoc continuauerint in media parte salarii cuiuslibet Tercii mulcentur Si uero in huiusmodi inobedientia seu defectu ulterius ipsi forsitan perseverauerint causa cognita: si Vniuersitati uisum fuerit officiis suis priuentur: excepto sindico qui ad nutum Vniuersitatis quotiens ei placuerit libere instituatur & destituatur. ac Vniuersitas Rector & consilarii loco priuandorum alios creent: si de illis sint quos Vniuersitas Rector & Consilarii ipsi consueuerint creare. Si autem de aliis per principes creandis sicut Conseruatores fuerint: Principi intimetur eorum remissio negligentia seu culpa: cui supplicetur pro creandis aliis in numero pari ad quod iuxta Vniuersitatis supplicationis tenorem faciendum ipsum Principem tenore presentium in domino exortamur. Insuper dictus Syndicus pecunias penarum temporalium Arche Vniuersitatis applicandas preterquam multarum Regentium Cathedras & Officialium de quibus supra dispositum est: infra Menses a tempore sciencie uel mandati Rectoris computandum sub pena priuationis Officii sui petere: ac scolasticus & Rector prefati a predicto Sindico requisiti: iudicare leuare ac recipere teneantur. Et ut Syndicus ipse spe premii ad petendum penarum summas huiusmodi incitetur: sibi pro suo labore Quarta: relique uero Tres partes pecuniarum huiusmodi Rectori supradicto tradantur Vniuersitatis usibus coplicande. Item quia aliquando contigit quod super electionibus Rectorum & consiliorum necnon prouisionibus Cathedrarum & officiorum studii: ac examinibus & nonnullis aliis actibus scolasticis qui per prefatos Rectorem Scolasticum seu Vniuersitatem aut collegium Doctorum geruntur seu exercentur scandala & oppressiones indebite perpetrantur. Nos cupientes huiusmodi oppressionibus & scandalis obuiare: oes

& singulos facientes seu procurantes super electionibus prouisionibus  
examinibus & aliis actibus huiusmodi uel aliquo ipsoꝝ quouis modo  
seu alio q̄sito colore p̄ se uel aliū seu alios grauem aut sediciosū tumul  
tū uel periculosū scandalū aut irrogantes seu comittentes graue uel a  
trocem iniuriam de qua eandem passus se reputare debeat merito iū  
riatum: seu etiam graue damnū publice uel occulte directe uel indirec  
te illi uel illis ad quem seu ad quos huiusmodi prouisiones electiones  
examina & actus facere uel exercere comuniter uel diuissim pertinet:  
aut alicui de interessentibus ibi ratione premissorū dantes uel prestan  
tes super eis auxilium consilium uel fauorem: si non sit de corpore Vni  
uersitatis predicte ipso facto excommunicationis sententie uolumus sub  
iacere. ipsoꝝ prefactus Scolasticus si causa cognita in premissis aut ali  
quo premissorū reperiatur culpabilis: eos excommunicatos publice denun  
ciari faciat: prestito prius iuramento per ipm Scolasticū quod ad denū  
ciationem huiusmodi ex malicia non procedit aut procedere intendit.  
Quod si sic ut premittitur denunciati infra Mensem eideꝝ Vniuersita  
ti & iniuriam passis non satisfecerint competenter: ab huiusmodi exco  
municationis sententia non possint absq; nra uel sedis aplice licentia  
speciali: preterquā in mortis articulo constituti absolutionis beneficiū  
obtinere. Si uero de corpore Vniuersitatis ad gradus Cathedras & O  
fficia in dicto studio consequenda usq; ad Quinqueniū inabiles eo ipso  
Et si Cathedras aut officia huiusmodi habuerit eos ipso facto priuati.  
Si autem Doctores fuerint ab actibus & honoribus Doctoralibus per  
Quinqueniū eo ipso suspensi existant

*xxx*  
tem statuimus & ordinamus quod ubi redditus decimarū Ter  
tie uel Tertiæ nuncupati sufficient omnibus Doctoribus Ma  
gistris Licenciatis Bacallariis & aliis pro salario legentibus: necnō ad  
ministratori Notario Sindico & bedellis sua salaria itegraliter prout  
hactenus factum extitit persoluantur. Si uero redditus huiusmodi ad  
omnia salaria que de presenti soluuntur aliquo uel aliquibus Annis nō  
sufficiant: uolumus quod ab antiquo salariatis primo satisfacto de suis  
saliariis antiquitus solui consuetis ex residuo satisfiat pro rata suarum  
pensionū & residui Regentibus Cathedras & officia nouiter ordinata.  
Et ubi predictis omnibus integre persolutis predicti redditus supera  
bundauerint: illud quod supererit cum aliis pecuniis Arche predicte  
conuertatur in perficiendo & reparādo Scholas Iuristarū Theologorū  
Medicorū & Philosophorū: ac infieri faciendo domos pro tribus aliis  
Scolis Gramaticorū & Logicorum: necnon in redimendo & liberando

ipam Vniuersitatem a solutione cuiuscumq; census seu pensionis in qui-  
bus nunc alicui tenetur. Quibus completis in emendo libros & pecias  
librorum lecturarum Doctorum iuris Canonici Civilis Theologie Medicie  
& Philosophie usq; ad ualorem duorum milium florenorum: secundum dispositi-  
onem Rectoris Consiliariorum & legentium predictorum pro quibus haben-  
dis fiat diligentia oportuna. Et ipsis habitis in domo stationarii studii  
iuxta ordinationem Rectoris & Consiliariorum intra studium in loco con-  
gruo & honesto ponantur. ipseque Stationarius qui unum ex Bedellis fide-  
lis & honestus facultatibus habundans & suspitione carere sit: pensionem  
annuam Viginti florenorum dumtaxat recipiens: libros & pecias huius  
modi honeste teneat: fideliter & diligenter custodiat: & de sic faciendo  
ac seruando Vniuersitatem indemne: cautionem idoneam Vniuersitati  
prestet. alias alter idoneus huiusmodi habens condiciones ad hoc eliga-  
tur & deputetur prestita cautione. Qui quidem libri & pecie pro aliqua  
necessitate obligati distrahi aut alias quomodolibet alienari non possit  
Secus autem facientes & consencientes excommunicationis sententia in-  
nodamur. A qua absolui nequeant: donec distracta obligata seu alias a-  
lienata uel ablata in statum pristinum restituta fuerint. Et ut hec de-  
ficiendo edificando redimendo & emendo debitum sortiantur effectum:  
uolumus & mandamus quod dictus Administrator prefatum residuum  
pro premissis per Rectorem uel scolasticum infra Mensem a die requi-  
sitionis computandum tradat & expediat. Et quod Scolasticus qui nunc  
est cum administratore: & post Scolasticum ipsum eius successor & alius  
Tertius ei adiungendus quem Vniuersitas deputauerit quando ei iu-  
sum fuerit cum Administratore post publicationem presentium cum se  
facultas obtulerit sub pena excommunicationis debite executioni deman-  
dent. Quibus omnibus & singulis completis & aliis oneribus & sumpti-  
bus emergentibus persolutis: illud quod tunc de predictis redditibus  
Tertie uel Tertiæ supererit in duas partes annuatim diuidatur in fi-  
ne cuiuslibet Anni. quarum una archie Vniuersitatis una cum multis legenti-  
um & Officialium pro expediendis & procurandis negociis & aliis ne-  
cessitatibus uel utilitatibus Vniuersitatis applicetur. Alia uero pars re-  
sidui predicti inter legentes salariatos in studio residentes & lecturam  
continuantes: uel ex causis expressis nominatim in Constitutione de  
lectura eorum in quibus salarium percipiunt a lectura cessantes conside-  
ratis qualitatibus & meritis cuiuscumq; distribuatur. Volentes etiam  
& ordinantes quod Administrator uel eius locum tenens in terminis con-  
suetis salaria quecumque Lectoribus & Officialibus assignata & solui con-

fueta aut in posterum assignanda: necnon multas Rectori pro substituti-  
tis soluendis per illos quoque iterum requisitus cessante causa legitima  
perfoluat. Quodque eo tempore quo continget residuum predictum diui-  
di Administrator predictus partem ipsius residui Vniuersitati ut supra  
contingentem cum aliis pecuniis Vniuersitatis penes eum existentibus  
Rectore scolastico & aliis tenentibus claves Arche predictae uel deputa-  
tis ab eis Notario uel eius substituto & testibus presentibus in Archa  
ipsa infra Mensem postquam per Rectorem uel Scolasticum fuerit requi-  
situs ponere: necnon aliam partem prefati residui Lectoribus supradic-  
tis per eos requisitus infra Mensem legitimo impedimento cessante  
tradere teneatur Sub pena excommunicationis Quam eundem Adminis-  
tratorem in quolibet dictorum Quattuor casuum incurrere uolumus ip-  
so facto. a qua donec Lectoribus & Officialibus salaria eis ut prefertur  
debita soluerit: & prefatum residuum pro premissis expediuerit ut pre-  
fertur: necnon ex residuo ipso quando illud diuidi contingerit unam V-  
niuersitati in Archa ut supra reposuerit: & Lectoribus salariatis ali-  
am partes eos contingentes ut premittitur tradiderit: & de damno quod  
ex culpa sua secutum fuerit satisfecerit competenter absolui nequeat.  
Sed prefatus Scolasticus ad requisitionem eorum quoque intererit eodem  
Administratore uel locum tenente uocato & cognito summarie an ipse  
Administrator uel locum tenens legitimam & probabilem causam ha-  
buerit quare denunciari excommunicatus non debeat secundum id quod  
inuenit eundem Administratorem uel locum tenentem excommunica-  
tum uel non excommunicatum fore appellatione remota denunciet. Prius  
tamen per dictum Scolasticum quod ad denunciationem ipsam ex mali-  
cia non procedit prestito iuramento. Et si dictus Administrator uel lo-  
cum tenens sententiam excommunicationis post denunciationem huius-  
modi per unum Mensem animo quod absit sustinuerit indurato: non  
possit nisi apud sedem apostolicam ac satisfactione debita de illis in quibus  
ratione premissorum tenebitur realiter prius impensa: preterquam in mor-  
tis articulo constitutus absolutionis beneficium obtinere. Volumus ta-  
men quod in ultimo termino cuiuslibet Anni salariorum soluendorum pre-  
dictis Lectoribus: Administrator ipse de summa salarii quolibet pro illo  
termino contingente retinere ualeat: pro rata illorum dierum qui restant  
adhuc de studio. ut si forte aliquis de predictis lectoribus legere omi-  
serit: habeat Administrator de quo soluere possit Multas: quas incu-  
rret ex cessatione & omissione lecture. Item quia frutuosa plurimum stu-  
dia Theologicæ facultatis que diuine maiestatis speculum sine macula sunt

maque diuinæ scienciæ omnium altitudo fore dinoscitur: tanto diligē-  
cius in locis sunt propaganda decentibus & in illis in quibus ceteræ sci-  
encie florent congruis statutis & honoribus confouenda: quanto in eis  
magis ueritatis lumē splendescit in tenebris superne glorie bonum di-  
dicitur quod ad animæ salutem proficit fidesque catholica roboratur.  
Nos ob id studium Salamantiñ quod unuz de Quattuor Orbis gene-  
ralibus studiis ex dispositione aplīca in Regione Hispanica celebri fama  
resplendet Cupientes quod sicut in aliis scienciis decoratur: sic in ipsa  
Theologica facultate exaltationem decoremque suscipiat. & in cremen-  
tum statuimus siquidem & ex certa sciencia aplīca auctoritate ordina-  
mus: quod in scolis publicis eiusdem studii in quibus Cathedre Theo-  
logie salariatæ existūt per Bacallarios Vniuersitatis ad licencie & Ma-  
gisterii gradus suscipiendos ultimo saltem Anno cursus fiant: & quod  
Magrī easdem Cathedras tenentes Bacallariorū in eis cursancium sit  
perpetuo Regentes. quodque in qualibet Regularium etiam non mendi-  
cantium domo: ac in quolibet Colegio instituto & instituendo in quo  
sunt uel erunt Theologi: ecclīaque Cathedrali Salamantiñ sit una dūta-  
xat Theologie Cathedra: que Magrī regentem & Bacallarium sub  
eo cursantem habeat & qui in huiusmodi mendicantiū per generales  
iporū ordinum. Qui uero in non mendicantiū domibus Cathedrali  
ecclīa & colegiis supradictis per Scolasticū cum collegio Magrōrum a-  
ssignati fuerint Regentes existant: donec iporū quilibet alium qui sub  
eo in eadem facultate Magisteriū susceperit qui ex tunc Regens exis-  
tat habeat successorem. Et si contingat Magistrum Regentem mori  
uel absentari seu aliter impediri quod sua Regencia nō utatur per dic-  
tum Scolasticum cum dicto Collegio & decano alius loco eius depute-  
tur. Volentes quod nullus secularis uel religiosus non mendicās ad cur-  
sum pro Bacallariatu in Theologia: nisi Bacallarius in Artibus fuerit  
uel cursus & actus omnes qui ad eundem gradum requiruntur perege-  
rit: nec etiam ad huiusmodi Bacallariatum in Theologia admittatur:  
nisi per Quinque Annos uel maiorem partem cuiuslibet de libris sentē-  
tiarū & duobus ex ipsis Quinque Annis de Biblia audiuerit. Decemque  
lectiones publice legerit: & unum principium Bacallariis & aliis respō-  
dendo fecerit: & ipsis Quinque Annis durantibus iuxta dispositionem  
Scolastici Collegii & decani dicte facultatis de artibus aliquantulum prati-  
cauerit: actus scolasticos publice faciendo. Quodque etiam ad privatū  
examen nullus predictorū: nisi prius post Bacallariatū per Quattuor  
Annos uel maiorem partem cuiuslibet In Primo uidelicet de biblia

*por quarto*



de Veteri & nouo testamentis. in Secundo & Tertio totum librorū sen-  
tentiāq̄ ānuatim libros duos integraliter perficiendo & i Quarto An-  
nis facta responsione de questione tēptatoria in aliqua predictāq̄ Ca-  
thedraq̄ omnes Quattuor libros Sententiāq̄ perlegerit: ac in princi-  
pio cuiuslibet libri unū principium cum aliis Bacallariis disputando fe-  
cerit admittatur: nisi iam ad licenciam fuerit presentatus Cum hiis ta-  
mē qui de p̄senti et a Trienno citra uel circa in Theologia studentes  
fuerunt si & dum per Quinq; Annos uel maiorem partem cuiuslibet  
ip̄oz de libro Sententiāq̄ audierit: dum modo sufficientes sint suscep-  
to prius in Artibus gradu Bacallariatus quod ad gradū Bacallariatū  
in Theologia admittantur Rector ac uice prout sibi uidebitur dispen-  
sare ualeat. Et insuper ordinamus quod quicunq; Religiosi mendican-  
tes in quoz domibus Artes Philosophia & Theologia leguntur: ante  
quam ad lecturam Sententiāq̄ pro Magisterii cursu ad quam cum sui  
generalis uel Capituli generalis litteris dumtaxat admittantur suoz  
ordinum statuta seruare teneantur ip̄iq; per eos de temptatoria questi-  
one arguere uolentibus primitus responso duobus Annis Sentencias  
annuatiz duos libros integraliter perficiendo: ac in principio cuiuslibz  
libri unum Principium ut supra faciendo sub suo Regente legant. Pre-  
dictis tam secularibus quam religiosis etiam mendicantibus conceden-  
tes quod tertio peracto principio: sint eo ip̄o Bacallarii formati. Qui  
post festum Aplōz Petri & Pauli cursu iam cōpleto die uacatiua Ba-  
callariis cursantibus & aliis arguere uolentibz de placita & sub suo Re-  
gente de alia ac de quolibetis & cuilibet alioz Trium Regentium sua  
uice etiā ante completū cursum de ordinaria questionibus respondere:  
ac unū actum seu repetitionem in Scolis Vniuersitatis sub aliquo Ma-  
ḡoz sibi per Scolasticum deputando facere. ac alii Bacallarii non for-  
mati post cursum cuiuslibet Anni de questione ceteris Bacallariis & a-  
liis arguere uolentibus respondere teneantur. Quibus completis qui-  
libet predictorum de legitimitate uel legitimatione uitāq; & moribus  
eiusdez fide facta quantotius ad examen priuatum Dum tamen fuerit  
in sacris ordinibus cōstitutū admittatur. Insignia Magisterii si ad hec  
sufficiens & ydoneus repertus fuerit: per suum uel alium regentem de  
sui regentis licencia speciali: alias per antiquiores recepturus. Quicun-  
q; uero ad huiusmodi studium causa licencie uel Magisterii gradū reci-  
piendi uenerit: si seculares sub antiquiori si autē regulares fuerint sub  
Regente sui ordinis uel sub antiquiori in studio residente gradū huius-  
modi recipiant. Preterea uolumus quod omnes Maḡi in Theologia

in Vniuersitate presentes uel infra dietam ad examina & Magisteria conuocentur: & saltem Tres preter presentantem seu insignia dantem in eisdem examinibus & Magisteriis intersint. Quodq; iidem Licenciandi & Magistrandi ad alia non astringantur iuramenta: nisi que statum concernant ecclie & alia de presenti fieri consueta: & non respiciētia graduū dationes seu Cathedraꝝ petitiones Que & in graduandis in aliis facultatibus precipimus obseruari. Insuper statuimus & ordinamus quod omnium regularium etiam medicantium Monasteria & alia loca Ciuitatis Salamantiñ presentia & futura in quibus studium Theologicę facultatis iuxta p̄dictas ordinationes exercetur uel exercetur ip̄i Vniuersitati Salamantiñ cū illis & similibus indulgenciis priuilegiis libertatibus immunitatibus & gratiis quibuscumq; quibus & prout monasteria & loca Parisius sita Parisiē Vniuersitati singuli Religiosi in sacra pagina studentes per prouincias ad huiusmodi studium destinati quocumq; ordinum mendicantium: possit libere ad huiusmodi studium uenire. Et ibi absq; contradictione aliqua studere & gradum lectoriatus recipere prout in prefato Parisiē studio est fieri consuetum. Dilectis filiis Vniuersis & singulis prioribus Guardianis ac aliis eorūdeꝝ Monasterioꝝ & Cōuentuū Salamantiñ presidentibꝝ & fratribus iniungentes quod omni exceptione & excusatione cessāte prefatos in sacra Theologia studentes & Bacallarios aliorum ut fertur uenientes recipiant ea forma qua Parisius recipiuntur atq; modo Vexꝝ quia sicut accepimus Monasteria & Conuentus ip̄a Salamantiñ consueuerunt Theologie studia citra cursum ad Magisterium habere in quibus Magister studentium Biblicus Bacallarius atq; lector ponebātur Volumꝝ & ordinamꝝ quod ubi Monasterioꝝ & conuētū Salamantiñ huiusmodi facultates ad onus p̄dictoꝝ de nouo uenientū & alioꝝ ab antiquo ut p̄mittitur ordinatoꝝ nō sufficient Monasteria & Conuentus ip̄a Primo ad onus huiusmodi de nouo uenientium teneantur Et eo casu alii antiqui ad alia Monasteria & Conuentus in aliis Ciuitatibus & dioci. ubicumq; existentia ubi eos recipi precepimus & iubemus eorū studium transferendo accedere debeāt & teneantur. Iubemus etiaꝝ pro exaltatione maiori in cremento & honore studii Theologici in predicta Vniuersitate quod omnes ordinum Mendicantium Generales in suis Capitulis generalibus specialem faciant mencioneꝝ de Monasteriis eiusdem ciuitatis: assignentq; tam Maḡos Regentes quam etiam Bacallarios ad Cursum Magistralem & legentes alios ip̄i studio conuenientes sicut in quolibet generali Capitulo de Parisiē

Bononiē Oxoniē & Tolosaē studiis mēcio fit. Vex̄ quia sicut etiā accepimus dilecti filii Generales & Prouinciales Ministri ordinū medicātium in generalib9 & Prouincialibus Capitulo hacten9 per eos celebratis nōnulla inhibitiones & precepta fecerunt cōtinētia ne fratres ip̄oz ordinum ad studium Salamantiē pro studendo & gradus lectoriatus licencie & Magisterii ī Theologia recipiendo accedere auderēt: quod de directo est cōtra n̄as p̄sentes Constitutiones & ordinationes ac naturam generaliu9 studi9 maxime huius quod est unuz de Quattuor orbis generalibus studiis iure scripto ordinatis. Nos fidē catholicam in Regione Hispanica affectibus sinceris dilatari & ampliari ac Regi Castelle presenti nobis & ecclīe dei quam plurimū deuoto & successo ribus suis & dicto studio reddere gratiosos & super premissis de oportuno pro presenti & futuris temporib9 prouisionis remedio prouidere cupientes inhibitiones & precepta predicta hactenus sub quacūq; uerboꝝ forma edicta presentium serie auctoritate aplīca ex certa Sciencia reuocamus cassamus & anulamus eisdē auctoritate & Sciencia Generalibus Prouincialibus Ministris predictis Custodib9 & quibuslibz aliis Dictoz ordinuz superioribus ip̄ozq; singulis ac Capitulis eozdem ubilibet impostez celebrandis distritius inhibentes ne predicta īhibitiones & precepta seu ordinationes aut queuis alia mādata p̄ que intentio presentium nostraz Constitutionum & ordinationuz quomolibet impediatur deinceps condere facere seu ordinare audeant seu presumant decernentes ex nunc pro tunc irrituz & inane quicquid sup̄ premissis qualitercūq; a quoquā quauis auctoritate scienter uel igno rante contingerit attemptari presentes n̄as reuocationez & inhibitionem in dictis Capitulis Prouincialibus & Generalib9 sub testimonio l̄raz patentiū Rectoris & Scolastici p̄dictoz manu publica cōfectaz & sigillis ip̄oz roborataz publicari mandantes quib9 uelut p̄sentib9 fidem ubilibet decernimus adhibendam. *xxxii*

tem statuimus & ordinamus quod decanatus Officiuz moderno Decano cedente uel decante aut alias officium ip̄m quomodolibet dimittente: ad antiquiorē presentem in studio Maḡm in Theologia pertineat: qui Theologoz Colegium more decani Theologicæ facultatis Parisiē & aliaz Vniuersitatum cōgregare: & alia que ad p̄dictos decanos pertinent facere & exercere libere ualeat. Item quia sicut accepimus pro singuloz negoci9 Vniuersitatem tangentium expeditione Vniuersitas ip̄a consueuit: & iuxta consuetudinem hactenus in ea obseruatam debet ad Rectoris mandatum congregari: ex quo q̄z

plurimi materiam uagandi & ad illicita eundo & redeundo diuertendi habentes ab exercicio ueri studii & aliorum bonorum operum non mediocriter retrahuntur ymo quod deterius est multis quorum efrenata iuuentus laxatis habentis materia studium relinquendi paratur plurimique ob id docente experientia que reus est magna hactenus relinquerunt. Nos super his & utilitati rei publice dicte Vniuersitatis salubriter quantum cum deo possumus providere cupientes & attendentes quod cum paucis sapientibus in sufficienti tamen numero deputatis salubrius & utilius negocia gerentur & expedientur quam cum multitudine que sepe confusione parit & discordias ac iurgia suscitatur presentium tenore ex certa scientia apostolica auctoritate Statuimus & ordinamus quod deinceps futuris perpetuis temporibus post presentium nostrarum Constitutionum publicationem per Rectorem & Scholasticum ac Viginti alios de ipsa Vniuersitate diffinitores nuncupandos quos annuatim ut sequitur uidelicet per Vniuersitatem de Nobilibus uel in dignitatibus constitutis Licenciatis Baccalariis & studentibus decem quorum quilibet ad minus uicesimum quintum etatis Annum attingat intra Octauas Resurrectionis dominice: de Regentibus uero Cathedras salariatas per ipsos met intra dictas Octauas alii decem nominentur & deputentur & ubi ipsa Vniuersitas dictos Primos decem in totum uel in partem concorditer aut etiam ipsi Regentes Cathedras salariatas alios decem etiam in totum uel in partem concorditer non nominauerint & deputauerint ut prefertur ipsi Viginti uel illi ex eis de quibus Vniuersitas & Regentes predicti concorditer esse non poterunt a Rectore & Scholastico prestitis prius per eos iuramentis fideliter & utiliter iuxta eorum conscientias nominando & deputando si concorditer. & si discorditer fuerint ab uno eorum cum Primicerio Doctorum & Magistrorum simile iuramentum prestaturo deputentur per Bedellum sub pena prestiti iuramenti de mandato Rectoris uocatos omnia uniuersa & singula dicte Vniuersitatis negocia que hactenus per dictam Vniuersitatem congregata tractari & expediri solita sunt: & alia que ad ipsam Vniuersitatem ex tenore presentium nostrarum Constitutionum pertinere noscuntur seu imposterum pertinere contingerit absque generali dicte Vniuersitatis: nisi eisdem Rectori & Scholastico & Viginti huiusmodi diffinitoribus uel maiori parti eorundem uideatur conuocatione tractentur regantur diffiniantur & gubernentur. Volentes quod predicti Viginti diffinitores officia regiminis & diffinitionis huiusmodi infra Octidies post eorum deputationes sub modis formis & penis quibus Rector Consilii eorum Rectoratus & Consiliariatus officia acceptare sunt astricti

etiã acceptare & similia prout Scolasticus ac de utili fideli & bona gubernatione iuramenta quilibet iporum prestare ipiq; Bis ad minus in Mense certis inter eos statuendis diebus uel pluries ubi negocia hoc exigent de ipius Vniuersitatis negociis tractaturi cū Rectore & Scolastico conuenire: & infra Menses a tempore dimissi aut finiti regiminis ab eadē Vniuersitate deputandis rationem reddere teneantur. Pro qua reddenda & satisfactione si necessaria sit aut expediat faciēda dictus Scolasticus contra predictos & eorū quolibet etiā si se ubicumq; absentauerint sicut contra Rectorem & Administratorem procedere possit & teneatur. Quodq; ubi predicti Rector & Scolasticus ac Viginti super diffinitione negotiorū concordēs esse non poterunt. Si negocia ipa communia maior pars: Si uero magna & ardua fuerint due partes iporū ea diffinire & expedire possint: & sic diffinita perinde ualeant & teneant: Ac si per ipam Vniuersitatem claustrō congregatam diffinita existerent. Vbi autem ipse due partes super magnorū & arduorū negotiorū predictorū diffinitione concordēs esse non poterunt: Vniuersitas ipa Claustrō congregetur & per eam fraude cessante expediantur & diffiniantur. Volumus insuper quod si contingat aliquem de predictis absentari uel aliter impediri q̄ i huiusmodi negotiorū diffinitione cōmode interesse non possit: loco sui de consensu Rectoris & Scolastici & ubi ipi non conueniant alterius iporū & Primicerii supradicti alium dimittere & substituere teneatur. ipēq; substitutus ad iuramenta & aliorū predictorū obseruatione sit astrictus ad que ipm substituēs tenetur. Inhibentes ut qui uno fuerit diffinitor deputatus: Alio Annis diffinitor esse nequeat. Et ne predicti Rector Scolasticus Doctores Magri diffinitores Administrator Conseruatores Consiliarii legētes Salariati ac quicumq; alii Officiales dicti studii pre textu quorūcumq; iuramentorū in fauorem alterius quā ipius Vniuersitatis p̄stitorū uel impostorū prestandorū se excusent: aut alias ab obseruatione iuramentorū que secundum tenorem harū nrarū Constitutionum prestare tenentur retrahantur zelo interni affectus: quem ad Vniuersitatem ipaz gerimus pro eius incremento iuramenta huiusmodi ecclis etiam Cathedralibus uel Metropolitanis Ciuitatibus & locis quibuscumq; necnon quibuscumq; personis cuiuscumq; status uel excellencie fuerint: etiam si Regali uel pontificali prefulgeant dignitate: Preterquā Carissimo in xpo filio nrō Castelle & legionis Regi Illustri & ei⁹ subcesori legitimo prestita seu prestanda inquantū dumtaxat nrīs presentibus Constitutionibus obsint seu in eis contenta impediunt relaxam⁹ illaq; tolli

mus & amouemus. Alias autez predicta iuramenta per eos prestita & prestanda in suo robore uolum9 permanere. Item quia pagz prodesset iura & Constitutiones condere: nisi foret q tueretur eadem tenore sciencia & auctoritate predictis statuendo prefatum Scolasticuz cui Vniuersitas ipa post aplicam sedez immediate subiecta existit Executore omniu & singulor9 presentium nra9 Constitutionum ordinationu statutor9 & concessionum necnon priuilegio9 eidez Vniuersitati & singularibus personis eiusdem ipis intuitu studii quomodolibet concessor9 & concedendor9 aplicum per imperpetuu3 constituimus ordinamus ac etiaz deputamus eidem ut per Rectorem Doctores Magros Licenciatos Bacallarios Studentes quoslibet ac alios Vniuersos & singulos quor9 interest uel intererit etiam si de corpore Vniuersitatis non fuerint cuiuscunq; status gradus condicionis uel preeminencie fuerint etiam si pontificali pfulgeant dignitate Constitutiones ordinationes statuta concessiones & priuilegia predicta iuxta ipor9 continentiaz & tenorem faciat inuiolabiliter obseruari prenominatos & quoslibet alios Contradictores & rebelles per censuram eccliam apellatione postposita copefendo Inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis plenam & liberam facultatem concedentes Constitutionibus & ordinationibus aplicis ac statutis & consuetudinibus eccliaz & Monasterio9 & ordinum quorunlibet & aliis in contrariuz editis non obstantibus quibuscunq;. Et insuper pro incremento dicte Vniuersitatis cum pro singulis huiusmodi Constitutionum ordinationu statutor9q; transgressionibus & penaz incurfibus nimis deficile foret ad sedem aplicaz recursuz habere eidez Scolastico eos omnes & singulos qui pretextu seu occasione Constitutionuz & statutor9 ac concessionum & priuilegio9 huiusmodi seu alterius eor9 periurii reatu3 excommunicationis suspensionis & interdicti penas & sentencias incurrerint ab eisdem absoluendi & cu eis qui sic ligati sentenciis celebrando diuina uel imiscedo se illis irregularitatis maculaz contraxerint misericorditer dispensandi etiaz plenam & liberam concedimus haz serie facultatem. Preterea considerantes quod ubi maius periculum ibi cautius est agendum & quod bene prouiso capiti mebra ipius utiliter & prospere diriguntur & gubernantur Idcirco cum ad scolasticuz ecclie Salamantiñ ut uices Cancellarii gerentem examinator9 in studio Salamantiñ approbatio & reprobatio spectent ipesq; Scolasticus executor presentium nra9 Constitutionum ordinationum & statutor9 & Iudex ordinari9 ipius Vniuersitatis existat & cui immediate post sedem aplicam Ipsa subicitur Vniuersi

tas expedit non soluz quinimo & ut perpetuo Vniuersitas ipsa ydoneo utili & fructuoso gubernatori gaudeat se comissa necesse existit ut scolasticus pro tempore existens Vir magne ydoneitatis litterature & probitatis existat: & talis quod apud eum acceptio personarum non habeatur. Vt igitur hec salubrius locum sibi impostero uendicent dispositione Scolastrie dicte ecclie ordinationi & dispositioni nre & sedis aplice subsequenti forma referuantes hac nra presenti Constitutione futuris perpetuis temporibus irrefragabiliter obseruanda aplicam ordinationem alias editam: quod Scolastria ipsa in Canonico uel ciuili iure Doctori aut in sacra pagina Magistro dumtaxat conferatur approbando sancimus & statuimus quod ad ipsam Scolastriam quam dignitatem electiuam deinceps esse censsemus cum uacauerit in Iure Canonico uel Ciuili Doctor uel in sacra pagina Magister ydoneus bone uite & conuersationis honeste: Et sufficientis litterature per diffinitores negociorum ipsius Vniuersitatis aut maiorem partem eorum eligatur, & Venerabili fratri nro Archiepiscopo Toletano pro tempore existenti presentetur & per eorum auctoritate aplica aut per sedis Aplice legatum uel Nuncium ab ipsa sede potestatem legati delatare habentem infra tempus a iure statutum confirmetur. Statuentes quod alter uel alio modo eide Scolastrie impostero prouideri nequeat: ipsaque in gratiis expetitiuis sub quibuscumque uerborum formis quibuscumque personis concessis aut concedendis comprehendendi non possit nec per aliquos acceptari uel de ea uirtute ipsarum gratiarum sibi prouideri facere aut de ipsa per quemuis alium quacumque alia auctoritate disponi ualeat etiam si in huiusmodi gratiis de ipsius Scolastrie nomine iurisdictione & aliis suis Vniuersis qualitatibus ac de huiusmodi in dulto eiusque tenore ac de uerbo ad uerbum mencio specialis & expressa facta foret. Non obstantibus Constitutionibus & ordinationibus aplicis statutisque & consuetudinibus ecclie ac studii predictorum contrariis iuramento confirmatione apostolica uel quacumque firmitate alia roboratis & aliis contrariis quibuscumque. Decernentes ex nunc irritum & inane si secus super hiis aliquoquam quauis auctoritate scienter uel ignoranter contingerit impostero attemptari. Per predicta tamen prefato Archiepiscopo nullam potestatem seu iurisdictionem aut superioritatem supra Scolasticum predictum attribuere uel concedere uolumus seu intendimus quoquomodo. Vacante autem huiusmodi Scolastria Doctor uel Magister per diffinitores predictos aut maiorem partem eorum deputetur: qui quandiu ipsa uacabit huiusmodi Officium diligenter gerat & fideliter exercent. De quo & quod prouisione facta aut alias ad

mandatum diffinitorū predictorū uel dicte maioris partis regimen hu  
iusmodi libere & sponte dimittet Iuramentū ad sancta dei euangelia  
antea prestabit. Ceterū Vniuersitatem ipsam & ipsius supposita fauore  
specialis gratie prosequi cupientes Dilectis Filiis Rectori Scolastico  
Doctoribus Magrīs Licenciatis Bacallariis scholaribus ac aliis uniuersis  
& singulis quorū interest uel interesse poterit quomodolibet ī futu  
rū cuiuscumq; status dignitatis gradus condicionis uel ordinis existant  
& quocumq; nomine censeantur per aplica scripta mandamus quatinus  
Constitutiones ordinationes statuta & alia in presentibus contenta mag  
na cum maturitate digesta pro reformatione & incremento dicti studii  
edita & concessa affectibus promptis suscipiant: eaq; totis uiribus inui  
olabiliter obseruare & custodiri studeant & effectualiter conentur. Et  
ut liberius & salubrius ita facere ualeant Nos Constitutiones ordina  
tiones ac statuta quecumq; & qualiacumq; fuerint hactenus in dicto studi  
o per quoscūq; alios quāuis etiā aplica auctoritate facta que & eorū  
quodlibet presentibus haberi uolumus pro expressis: necnon iuramēta  
pacta conuenciones dispensationes quecumq; & qualiacumq; occasione  
pretextu seu causa iporū antiquorū Constitutionū ordinationū & sta  
tutorū aut alicuius iporū facta & prestita quorū tenores etiā presentibus  
haberi uolumus pro expressis ex certa sciencia ac de aplica plenitudine  
potestatis tenore presentium cassamus reuocamus & annullamus ac ui  
ribus penitus euacuamus cassaq; & irrita decernimus & pronūciamus e  
isdem & eorū cuilibet eadem auctoritate inhibentes ne deinceps pre  
dictis Constitutionibus ordinationibus statutis & aliis ut promittitur  
reuocatis utantur seu uti faciant aut permittant aliquatenus nec recipi  
ant uel acceptent. Decernentes ex nūc irritū & inane si secus sup hiis  
aquoquā quauis auctoritate scienter uel ignoranter cōtingerit attem  
ptari. Non obstantibus tam felicitis recordationis Bonifacii pape. Viii.  
predecessoris nr̄i quibus cauetur ne quis extra sua Ciuitatem & dioci.  
nisi in certis casibus & in illis ultra unam dietam a fine sue dioci. ad iu  
diciū uocetur seu ne Iudices a sede deputati predicta extra Ciuitatē  
& dioci. in quibus deputati fuerint contra quoscumq; procedere siue alii  
uel aliis uices suas comittere aut aliquos ultra unam dietam a fine dio  
ci. eorundem trahere presumant seu quod de aliis quā de manifestis in  
iuriis & uiolentiis atq; damnis & aliis que iudicialiter indagare exigunt  
pēnis in eos si secus egerint & in id procurantes adiectis se nullatenus ī  
tromitant ac de personis ultra certum numerum ad iudicium non uocā  
dis & de duabus dietis in Concilio generali seu si aliquibus cōmuniter  
uel diuifis a prefata sit sede indultus quod interdici suspendi uel exco



municari aut extra uel ultra certa loca ad iudicium euocari non possint per litteras aplicas nõ facientes plenã & expressã ac de uerbo ad uerbũ de indulto huiusmodi & eorũ personis locis ordinibus & nominib9 propriis mencionem quam aliis aplicis necnon prouincialibus & Synodali bus Constitutionib9 ordinationibus statutis priuilegiis & consuetudinib9 studii eccliaꝝ Monasterioꝝ & ordinũ predictoꝝ etiam iuramento cõfirmatione aplicã uel quacuncq; firmitate alia roboratis & quibuslibet aliis priuilegiis indulgenciis & litteris apostolicis generalib9 uel specialib9 quorumcuncq; tenoꝝ existant & aliis contrariis quibuscuncq; per que presentibus non expressa uel totaliter nõ inserta earũ effectus necnon iurisdictionis & executionis prefati Scolastici concessio & explicatio impediri ualeat quomodolibet uel differri & de quib9 quorũq; totif tenoribus de uerbo ad uerbũ habenda sit in nr̄is litteris mencio specialis. Per hec tamen indulgenciis cõcessionibus litteris gratiis priuilegiis libertatib9 & immunitatibus dicte Vniuersitati uel singularibus p̄sonis eiusdem tã super perceptione frutuũ beneficioꝝ suoꝝ dum studuerint uel legerint in studio sepe facto Et residentia interim non facienda Conseruatoria Vniuersitati & singularibus eiusdẽ super molestiis iniuriis & damnis illatis & inferendis potestate Scolastico absoluendi a periuriis & excommunicationis suspensionis Et interdicti sententiis & super irregularitate dispensandi & alium seu alios eligendi qui euz absoluere & euz eo in similibus dispensare ualeant concessis certe partibus decimaꝝ dicte Vniuersitati concessione salariis nouaꝝ Cathedraꝝ & augmento aliquaꝝ de antiquis cõcessione seu inhibitione de dignitate Sclastrie alteri quã in sacra pagina Maḡro aut i iure canonico uel ciuili Doctori conferenda Canonicat9 & prestimonioꝝ annexione illi facta de cautione per administratorem & eius locũ tenentẽz danda pro ut in litteris aplicis super inde confectis plenius continetur quã aliis quibuslibet indultis & concessionibus in ip̄ius studii uel singulari eiusdẽ personarũ fauore aut libertatem quomodolibet datis & cõcessis nullum uolumus seu intendimus preiudiciũ generari sed ea iuxta ip̄oꝝ continentiam & tenorem sicut presentia nr̄a Constitutiones ordinationes statuta concessiones & indulta per quoscuncq; cuiuscuncq; auctoritatis dignitatis uel excellencie fuerint inuiolabiliter obseruari. Postremo arbitantes quod sepe uidere & percipere ea que obseruãda sũt sũma prudentia est & quod per assiduam uisionem lectionem & auditionem agenda melius memorie cõmendantur uolumus & sub pena p̄stiti iuramenti Rectori precipimus & mandamus quatinus ip̄e Annis singulis ante festũz Natiuitatis Dñi uel ifra octauas eiusdem priuilegia

quecunq; Vniuersitatis utilia & omnes nras presentes Constitutiones  
saltem semel perfecte & intelligibiliter uideat & legat ac Vniuersita  
ti ad hoc specialiter couocate alta & intelligibili uoce legi & publicari  
faciat atq; mandet. Nulli ergo omnino homiu; liceat hanc paginaz  
nre cōstitutionis statuti ordinatiois mandati decreti prolatiois pcepti  
cōcessionis prohibiois innodatiois ihibiois cassationis irritationis  
euacuationis reuocatiois anullationis exhortatiois relaxationis subla  
tionis amotionis deputationis reseruatiois sanctionis pronunciationis  
intencionis & uolūtatis ifringere uel ei ausu temerario cōtraire. Sigs  
aut hoc attemptat presumserit indignatione; oipotentis dei & bea  
toꝝ Petri & Pauli Apostoloꝝ eius se nouerit incursum Datis Rome  
apud Sanctuz Petrum decimo Kallendas Marcii Pontificatꝝ nri An  
no Quinto.

VGENIUS Epūs Seruus Seruoꝝ Dei Ad ppetuaz Rei  
memoriam. Inter alia que frequenter nobis incumbunt ex de  
bito pastoralis officii peragenda: Nos ingens sollicitudo per  
urget: ut loca singula in quibꝰ generalia uigent studia: specialibꝰ pri  
uilegiis & immunitatibꝰ fulcire curemus. Et ut illoꝝ propagentur de  
cus & honor: nri partes ministerii libenter impartimur. Cuz itaq; sicut  
exibita nobis nuper pro parte dictoꝝ filioꝝ Rectoris & uniuersitatis  
Studii Salmantiñ petitio continebat in dicta uniuersitate uiginti quinq;  
cathedre ordinarie de publico salariatae sint: ipiusq; uniuersitatis plu  
rimuz decus exuberaret: si doctoralibus & magistralibꝰ insigniis pole  
tium copia cerneretur ibidem. Nos ipius uniuersitatis in hac parte su  
plicationibus inclinati: Auctoritate aplīca presentiu; serie Statuimus  
& hordinamus quod omnes & singuli dictas cathedras pro tempore te  
nentes siue regentes ad hoc habiles & qui solitos in talibus cursus cō  
cōpleuerint Bachalarii qꝛde; moderni ex nūc & futuri a tꝰore quo dic  
tas regere cathedras inceperint: infra annum pro licentia examen su  
bire & postea infra bienniu; necnō licenciati uidelicet moderni simili  
ter ex nūc & futuri a tꝰore quo prefatas cathedras pacifice tenuerint:  
etia; infra biennium insignia eis debita recipiant: nisi aliud ipis ob ca  
ulaz rationalem p rectorem Scolasticuz Doctores maiorēq; ptem Di  
finitoꝝ dicte Vniuersitatis indulgeatur. alioqm hmoī quas rexerint:  
cathedris priuati sint eo ipso. Quod tamen ad musice. geometrie. as  
tologie. rectorice. & arismetice artiū. necnō arabice. ebraice & Chal  
deoꝝ linguaz cathedras pro tꝰore regētes ibide; nullatenꝰ extenda  
tur. Quodq; omnes & singuli presentes & futuri qui postqꝢ doctores

& magri per uiginti annos aut octo menses cuiuslibet annoꝝ prefactorum continue uel interpolatim dictas cathedras salariatas in ipsa uniuersitate hactenus & inantea rexerint: eorꝝ locis alios ydoneos de quibus Rectori & difinitoribus prefatis ac consiliariis eiusdem uniuersitatis iuxta uota inibi studentiuꝝ uel maiori parti eorundem pro tempore uidebitur ad legendum in ipsis salariatis cathedris substituere & subrogare libere liciteque ualent Auctoritate & serie premissis indulgemꝝ. Non obstantibus statutis & consuetudinibus uniuersitatis eiusdem iuramento confirmatione apostolica. uel quibus alia firmitate roboratis Ceterisque contra raris quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre statuti ordinationis & concessionis infringere uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit: Indignationeꝝ omnipotentis dei & beatorꝝ petri & pauli apolorꝝ eius se nouerit incursum. Datis Rome apud sanctum Petrum. Anno incarnationis dñice Millesimo quadringentesimo tricesimo primo Sexto Kalendas Martii Pontificatus nri Anno primo.

irca Constitutioneꝝ que disponit in Vacationibus cathedraꝝ  
Quod si in petitione alicuius cathedre uel auditorii uacantis competitoris fuerint diuersorꝝ graduuꝝ. scilicet Doctor uel Magister & Licenciatus. uel Licenciatus & bachallarius. uel si fuerint plures Doctores uel Magri: quod ceteris paribus maior uel antiquior in gradu preferatur. & quod graduati in hoc studio Salmantiensi ceteris paribus graduatis alibi preferantur. & quod bachallarius cum Doctore uel Magro nullatenus admittatur & cetera. Declaratum fuit per reuerendos dños Ariam maldonado & Iohanneꝝ alfonsi de benauente Doctores infra scriptos: quibus per uenerabilem & discretum uirum domnum Petrum fernandi de Huete archidiaconum ecclesie Oxomensis Vniuersitatis studii Salmantiensis Rectorem & per consiliarios eiusdem Rectoris & studii hoc commissum fuit In presentia notarii studii sepedicti & testiuꝝ. Ad dubitationes & altercationes super hoc in futurum tolendas. quod dicta constitutio solum habet locum in uacatione principali cathedraꝝ. scilicet quando aliqua cathedra uacat & debet de ea uacante quo ad titulum & proprietatem ipsius cathedre alicui perpetuo prouideri. Et quod non habet locum in substitutionibus ipsarꝝ cathedraꝝ. scilicet quando cessante cathedratico per sui absentiam a lectura: debet lecture ipsius cathedre de aliquo substituto ydoneo ad tempus aliquod. scilicet per tempus illius absentie prouideri. & quod in casu dicte substitutionis nichil aliud obseruari debet: nisi quod substitutus qui loco principalis lectoris poni debet: per Rectorem & consiliarios

eligatur: prout in alia constitutione superiori cauetur. quod debet intel-  
ligi quod eligatur talis substitutus idoneus & sufficiens ad lecturam de  
quocumque gradu maiori uel minori iuxta arbitrium ipsorum secundum uo-  
ta studendium ibi audientium prout consuetum est regulandum. Prop-  
ter has rationes. Primo quia dicta constitutio que loquitur de principa-  
libus uacationibus cathedrarum: non debet extendi ad substitutiones in quibus  
per predictam constitutionem precedentem factam super substitutionibus  
specialiter fuit prouisum. Secundo quia non concurrunt eadem cause  
nec idem effectus in substitutione & in prouisione principali Tertio quia  
cum dicta constitutio disponens de substitutionibus sit prior in ordine  
constitutionum: non debet limitari nec limitatur: nec corrigitur per dictam  
constitutionem de uacatione principali posteriorem: cum correctiones nisi  
ubi expressum fuerit non debeant subaudiri. Et quia cum dictae consti-  
tutiones non sint contrarie: sed diuersae & in diuersis casibus disponentes:  
una non habet corrigere nec limitare aliam. Maxime quia licet in illo  
articulo substitutionis esset contrarie quod non sunt: potius esset standum  
dictae constitutioni priori quam alteri posteriori: cum in constitutioni-  
bus particularibus & localibus antiquiori & priori constitutioni potius  
quam posteriori sit standum. Quarto quia cum olim in constitutioni-  
bus benedicti fuisse appositum: quod substituti essent eiusdem gradus  
cuius essent principales si reperiri possent: & hoc scienter fuerit amo-  
tum in hiis constitutionibus martini: patet quod nunc per has consti-  
tutiones sine aliqua differentia graduum solum per electionem Rectoris  
& consiliariorum ut dictum est: omnes substituti poni debent. Et ita ui-  
detur nobis Doctoribus infra scriptis saluo quocumque iudicio melio-  
ri.

Arias  
doctor

Io. decretorum  
doctor

Hec est tabula brevis sequentium Constitutionum.

Premissa prefatione Martini pape Prouidetur circa electionem Rectoris & consiliarioꝝ octo cum electoꝝ assensu: & penis officia respuentiũ. hēt̄ i q̄sti. i.

Quid et quomodo Rector & consilarii nouiter creati iurare dñt. hēt̄ i q̄sti. ii.

Quando Rector aut aliq̄s consiliarioꝝ iuste aut sine causa se absentauerit que forma erit obseruanda in creatione: aut substitutione Rectoris aut consiliarioꝝ. habetur in constitutione tertia.

Infra quot tempus debeant iurare Doctores Magistri & cathedratici: atq̄ scolares oēs Rectori cum pena nolentiũ & forma iuramenti: Et quod penes se Rector habeat librum in quo nomina descripta sunt. habetur in constitutione quarta.

Infra quot tempus iurare debeant supuenientes post creationem Rectoris & monitionem quendam. ut Rector in dicto iuramento accipiẽdo: & pugnẽdo rebelles diligentiam adibeat. hēt̄ur in constitutione quinta.

Quod Scolasticus & ceteri Officiales cum ambaxiatoribus iurent secundum formam ibi traditam Rectori infra decem dies post creationem. hēt̄ur i q̄sti. sexta.

De electione primicerii & de hiis que ad eius spectant officium. hēt̄ur i q̄sti. septima.

De electione aut provisione administratoris facienda per archiepiscopum compositelanum ad presentationem Rectoris & Doctorum Et de gerendis per illum cum ydonea cautione prestanda. habetur in constitutione octaua.

Quid & qualiter iurare debeant administrator & locum sui tanquam Rectori. Et quod illi cum consiliariis prestat rationem de administratis per eum illo anno. hēt̄ur i q̄sti. nona.

Quod illi rationi redẽde: & arrẽdatioẽ faciẽde sint presentes Unus de doctoribus & aliq̄s de gremio scolariũ deputadus per Rectorem & consiliarios. hēt̄ur i q̄sti. eadẽ.

Administrator arredatarios debitores & detẽtores decimarũ & fructuum cum ceteris iuris & auxilio brachii secularis compellere potest. hēt̄ur in constituto. decima.

Quo tempore anni necessario debeant legere cathedras principaliter Regentes & quo legere ualeant per substitutum: & que sint legitime cause absentie cum pena. habetur in constitutione undecima.

Quod Rector cum consilio consiliarioꝝ assignet Scholas legentibus: & controuersias super illis determinet simpliciter & de plano. Et quod omnes illi obediãt circa scolares sepeliẽdos: & predicationes audiendas. Et ille cum Scolastico assignet sessiones scolariis in congregationibus. Et quod Rector finito officio suo rationem reddat infra mensem. hēt̄ur in constitutione duodecima.

Quod quolibet anno unam repetitionem faciant quicumque Magistroꝝ aut Doctorũ sub certa pena: Et in quibus diebus ille fieri non debeat. hēt̄ur in constituto. xiiii.

Quod prima die maii iuret regentes lecturas secundum formam ibi traditam Et pena iurare recusantium. habetur in constitutione. xiiii.

Quo tempore audire & cursare habeat bachalariadus in iure canonico aut civili. Et pena Rectoris contrariũ admittẽtis. hēt̄ur i constituto. xv.

Quo tempore audire heat bachalariadus in artibus & cursare deinceps ad licẽciam

optinendam: siue in medicina. Et quot magri necessario concurrere debeant in illoꝝ examinibꝰ. habetur in cōstitutione. xvi.

Forma recipiendi gradū bachalariatꝰ. Et sumptus q̄ ualēt expendi: & ea iura q̄ conferri dñt uniūsitati bedellis & notario. & quomodo clerici & beneficiati possūt audire leges. & quomodo etiā in domo cursare ualeāt legentes habetur in constitutione. decimasēptima

Om̄is forma q̄ debet obseruari in licēciature gradibꝰ ante examē. & in illo in utroqꝰ iurium cū dispēsatione circa nobiles. hētur late in cōstitutione. xviii. Studētes & licenciandi aliāꝝ uniūsitatū Si cursus suos pegerit admitūtur hic ad gradus. Et uide qd̄ in bachalariis in artibus: aut religiosis medicantibus gradus petētibus. habetur in constitutione. xix.

Iura q̄ debēt soluere q̄ ascendūt ad culmē Doctoratꝰ aut Maꝛisterii cū florenis. Et qui in corporari desiderāt doctorꝝ aut magroꝝ collegioꝝ m̄ penā plus dantium. habetur in constitutione. xx.

Circa prohibitionem armōꝝ: & penā Rectori nō optemperātium: Et eos q̄ publicas tenuerint cōcubinas aut suspectas in domo cuz penāꝝ adicione. habetur in constitutione. xxi.

De iurisdictione Scolastici & Rectoris circa om̄ia q̄ eorꝝ tangunt officia. Et in q̄bus locis Scolasticus precedit Rectorē: & q̄ndo nō. hēt̄ in cōsti. xxii.

Quam penam incurrāt q̄ cōsiliū aut fauorē prestant cōtra uniūsitatē Et inter quos & qualē iurisdictionē hēat Scolasticus. q̄ extenditur ad Rectorē & administratorē se absentantes & ad Scholares fugiētes post gestos cōtractus & delicta ppetrata. hētur in constitutione. xxiii.

Quam penā incurrāt uestes sericas defferētes: aut habētes iumēta uel eqtaturas Sine licēcia Rectoris & doctoris atiqꝛis ac illiꝰ a quo audiūt. habetur in constitutione uicesimaquarta.

De cōducione domoꝝ & officio taxatoꝝ: & eorꝝ stipendiis & penis ac q̄litate cū obuiatione frauduz eorꝝ q̄ solēt a cōducētibus fieri. hētur in cōsti. xxv.

Penā q̄m incurrit q̄ locat domū ab alio cōductāꝝ. ppetuitateꝝ cathedrarū. & qualis in illāꝝ uacationibus modꝰ sit p̄ Rectorē obseruādꝰ. & in illis optinēdis q̄ preferantur. & q̄ uacat officiū Rectoris & cōsiliarii: q̄ se opponit ad cathedrā. & qd̄ iurare debeat doctor absēs q̄ uult se oponere: & q̄ꝝ penā incurrat si nō seruauerit illud. hētur in cōstitutioē. xxvi.

De eo salario q̄ omēs p̄sone studii Rectori cū iurant p̄soluere debēt. & q̄līꝝ uolētes legere in cathedris publicis debeāt soluere uniūsitati unam duplā habetur in constitutione. xxvii.

De archa comuni & de hiis q̄ in ea reponi debēt Et de pena q̄ꝝ incurrit Rector si duplas & alia iura in ip̄az nō imiserit infra triduū. & q̄ sint qnq̄ clauēs & penes quos ille sint. & archa illa ubi debeat poni. & corā q̄bus aperiri. habetur in cōstitutione. xxviii.

Quod taxatores syndicus bedelus stacionarius nō eligātur de gremio Recto-  
ris & cōsiliarioꝝ. & q̄ isti non mitātur cū ambaxiatis sine causa nccia. Et q̄  
liter officiales pugnīatur si negligētes aut inobediētes fuerint. Penā insup  
mouētūꝝ scādala p̄cipalī aut secūndario in electione Rectoris aut prouisi  
oibus cathedraꝝ uel in examinibꝝ. & q̄ syndicus sub pena priuatiois officii  
petat penas. hētur in cōstitutione. xxix

De salariis cathedraticis & officialibus exsoluēdis. & qd q̄ndo illa defficiūt  
& qd q̄ndo supfluūt. & q̄lī administrator tenetur infra mensem tradere resi-  
duū & multas Rectori. & casus ī qbus excoīcatus denūciatur. & de cursibus  
faciēdis p̄ bachalarios & licēciandos in theologia. siue sint religiosi siue non  
habetur in cōstitutione. xxx.


Circa electionem difinitoꝝ Vigīti q̄ debent cōgregari ad Rectoris mādatū  
Et electionē Scolastici: & illa q̄ ī ip̄o cōcurrere debeāt cū sit executor cōsti-  
tutionūꝝ. & potestātē absoluēdi. ac iurisdictionē āplissimā profecto q̄z habet  
cū decreto irritātē: & aliis multis. hētur in cōstitutione ultima uel. xxxi.

Cōstitutio Eugenii hēt Quod sint in hoc gremio. xxv. cathedre. & infra q̄  
t̄p̄us cathedraꝝ habens debeat recipe licēciaꝝ & gradū doctoratꝝ aut magis-  
terii cū pena q̄ ad certas lecturas nō extēditur. Et in eadeꝝ q̄ doctor q̄ legit  
p̄. xx. ānos aut in ip̄oꝝ quolꝝ p̄ octo menses: ualeat poñe sustitutū: de quo  
Rectori cōsiliariis & difinitoribꝝ uidebī iuxta uota studētium q̄z nota.

Item cōstitutio. xxvi. q̄ hēbat q̄ bachalariꝝ nō cōcurrat cū Doctore. & q̄  
ceteris paribꝝ preferatur antiquior in gradu: fuit declarata p̄ egregios uiros  
dñm doctore Arias ac dñm Iohānem & doctoreꝝ de Benauēte Quod hēret  
tantum locꝝ in prouisione cathedraꝝ p̄cipalium: & nō in eazꝝ sustitutio-  
nibus. hec est breuissima s̄. ma hāꝝ cōstitutionum.

DEO GRATIAS.














I  
25

